DE PHILOSOPHIA CYRENAICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN ACADEMIA
GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

HENRICUS DE STEIN
ROSTOCHIENSIS.

GOTTINGAE, MDCCCLV.
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
(GUIL. FR. KAESTNER.)

VIRO CARISSIMO

HENRICO SPITTA

PROFESS. PUBL. ORD. IN ACADEM. ROSTOCHIENSI ETC.

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PARTICULA PRIOR.

DE VITA ARISTIPPI.

„Nec quemquam hoc errore duci oportet, „ut, si quid Socrates aut Aristippus contra „morem consuetudinemque civilem fece„rint, locutive sint, idem sibi arbitretur „licere. Magnis illi et divinis bonis hanc „licentiam assequebantur“.

Cicer. de offic. I, 41.

[illegible]

UNIV. OF CALIFORNIA

PRAEFATIO.

Inter veteres philosophos, qui Socratis et consuetudine et institutione fruebantur, Aristippus haud ignobilem locum obtinet. Qui quamquam nonnulla proposuit, quae prorsus a praeclara illa, qua Socrates utebatur, sentiendi ratione abhorrebant: multa tamen et elegantissime et subtilissime disputavit. Itaque mirum nobis videri debet, quid sit, quod, quum alii Socratis discipuli summa cum diligentia a viris doctis tractati sint, Aristippus tamen ab omnibus fere neglectus videatur. Quod quo facilius intelligatur, viros doctos, qui de Aristippi vita aliquid literis mandaverunt, breviter hoc loco commemorabimus. Neque vero omnes afferendi videntur, qui data occasione singulis de rebus, quae ad vitam Aristippi spectant, disputaverunt, sed ii tantum, qui aut universam hujus philosophi vitam, aut maximam certe partem tractaverunt. Sed ne hi quidem omnes nominandi viden-

tur, ne molesta nominum copia lectoris animus obruatur. Neque enim quae Batteux, Gedike, Acker („Gedanken über Aristipp's Hofvisiten, Jena"), Stanley, Tanaquil Faber, aliique disputaverunt, digna sunt, quae nostris temporibus accuratius tractentur. Qui quid scripserint, apud Hoffmannum (Lexicon bibliogr. I. p. 250) invenies. Venimus igitur ad eos recensendos, qui nostrae disputationi aliquam utilitatem adtulerunt. Inter quos Paulus Leopardus primum facile locum obtinet, qui cum aliorum philosophorum tum Aristippi et vitam et voces haud mediocri cum doctrina explicavit. (Vita et chriae sive apophthegmata Aristippi, Diogenis, Demonactis, Stratonici, Demosthenis et Aspasiae. Omnia haec partim nunc primum, partim accuratius Latio donata per P. Leopardum Furnium. Antverpiae 1556. Qui liber quamquam ab ipso Leopardo Emendat. III. 9. (p. 51. ed. Gruterus) memoratur, tamen neque Jonsio (Scriptor. hist. ph. III. p. 140.) neque F. A. Wolfio (Encyclop. Antiqu. ed. Gürtler. p. 475) notus fuisse videtur. De Paulo Leopardo cf. J. A. de Thou histoire universelle Tom. III. ed. 1740. p. 761. Teissier Eloge des hommes savants Tom. II. p. 296—298.) Sed eorum, qui recentioribus temporibus de vita Aristippi disputaverunt, quatuor sunt genera. Primum enim ii, qui historiam

philosophiae aut universam aut eam tantum partem, quae apud Graecos invenitur, tractaverunt, nonnulla etiam de vita Aristippi attulerunt. Ita enim Bruckerus (Hist. crit. ph. Tom. I. p. 584—593.), Ritterus (p. 90—92. coll. Hist. ph. Graeco-Rom. edd. H. Ritter et L. Preller p. 159 seq.), Brandisius (Tom. II. p. 90.), Noack (p. 35.) ad hanc quaestionem pervenerunt. Sequuntur ii, qui quum literarum Graecarum historiam enarrarent, ut Fabricius (Vol. I. p. 693. ed. Harless. Vol. II. p. 700—702. Vol. III. p. 614—617.), Schöllius I. p. 474. II. 150. coll. I. pag. 419.), Stollius (Histor. doctr. ed. 2. p. 361.) de moribus atque scriptis Aristippi disputaverunt. Tertium genus est eorum, qui quum brevissimis suis commentariis quidquid nobis de antiquitate traditum est, comprehendere studerent (Pauly. Ersch. et Gruber. Lübker s. v.), Aristippi et et vitam et doctrinam negligere non potuerunt. Restant denique qui, quum historicos Graecorum tractarent, Aristippum silentio praetermittere non potuerunt. Ita enim Vossius (p. 58. ed. Westerm.) et Carol. Mueller. (Vol. II.) de eo egerunt. Adde Thrigium, qui quum de rebus Cyrenensium doctissime disputaret, haud pauca de vitis, moribus, placitis philosophorum Cyrenaicorum proposuit. Quibus viris hanc nostram disputationem multa debere, grato animo

profiteor. Neque minorem utilitatem ea nobis attulerunt, quae in commentariis leguntur, quibus singuli Diogenis Laertii, Horatii (Comm. ad Version. germ. Epistol. Wielandii Tom. I. pag. 39 sq., pag. 45 sq., p. 269 sq. Sermon. II. p. 120.), Xenophontis (Ruhnken. Schneider.) aliorum scriptorum loci explicantur. Quid quod ab his multa rectius explicata, diligentius collecta videntur, quam ab iis, qui singulares de Aristippo disputationes confecerunt, Menzium dico, Kuhnhardtum, Wendtium. Wendtius enim quum non tam vitam quam doctrinam Aristippi ante oculos haberet, pauca tantum de illa disputavit. („De philosophia Cyrenaica. Auctore Amad. Wendt. Gotting. 1841“; cf. Götting. gelehrte Anzeig. 1835. I. nro. 78. 79. 80.) Menzius autem atque Kuhnhardtus, cur haud magnam nobis utilitatem adtulerint, nemini obscurum erit, qui eorum disputationes inspexerit; in quibus quamvis nonnulla docte et accurate disputentur, plurima tamen prorsus stulta atque perversa videntur. Nam tantum abest, ut Menzius („Aristippus philosoph. Socraticus. Halae Magdeb. 1719“) imaginem Aristippi talem nobis ante oculos ponat, qualis ab antiquis auctoribus tradita est, ut vel turpissimos errores commisisse videatur. Neminem enim fugere potest, omnia fere, quae apud eum leguntur, benignius quam

rectius disputata esse. Accedit exaggerata ejus dicendi ratio, qua vel levissimas res summa cum gravitate tractat. Quod nemini incertum erit, qui haec legerit: p. 6. „quis dies, quisque annus tanto filio domum patris auxerit" p. 12. „et si causam simultatis" etc. p. 37. „Athenaeus" etc. p. 39. „quando vero" etc. Quid quod ipsum Socratem et „patientia" (p. 52.) et „acumine" (p. 54.) ab Aristippo superatum putat. Menzium autem „quamquam H. Kuhnhardtus („de Ar. philosophia morali, quatenus illa ex ipsius philosophi dictis secund. Diog. Laert. potest derivari. Dissert. inaug. Helmstadii 1794") exaggeratas philosophi laudes, infirmis argumentis nisas, et ad nauseam usque diductas proferre bene censuit, ac sibi proposuit, quaerere, quam fidem mereantur placita, quae vulgo Aristippea dicuntur, tamen repudiatis iis testimoniis, quae expressis verbis de Arist. philosophia loquuntur, ex nonnullis, quae ei apud Diog. L. tribuuntur, dictis aliud ejus principium eruere conatus est, et imaginem secutus, quam ex narratiunculis ab hoc scriptore congestis de Aristippo sibi composuit, in sententia ejus explicanda defensoris magis quam veri critici partes egit. In quo mirum est, illos Diogeni plus auctoritatis tribuere narratiunculas de dictis factisque Aristippi congerenti eas,

quae cum imagine hujus Socratici ab iis supposita conveniunt, quam de sententia Aristippica referenti". (Wendtii sunt verba p. 4. not. 1.)

Quae quum ita sint, satis mihi demonstrasse videor, Aristippum nondum ea cum diligentia, qua dignus est, tractatum esse. Quod eo magis miramur, quum qualis ipse Socrates fuerit, nemo satis accurate intelligere possit, nisi qui, quidquid de singulis ejus discipulis traditum est, diligentissime perspexerit. Quae si recte a nobis disputata sunt: Aristippus certe haud indignus habendus est, de quo uberius accuratiusque, quam adhuc factum est, disputetur.

Jam vero equidem, quo primum tempore ad hanc operam suscipiendam me contuli, non tam vitam Aristippi ante oculos habui, quam doctrinam, qualis et ab ipso primum proposita, et a discipulis postea immutata est. Sed quo diutius in colligendis veterum scriptorum testimoniis versabar, eo magis intelligere mihi videbar, quantam vim diversa, quae singuli hujus scholae philosophi in vita secuti sunt, studia in commutandam ipsorum doctrinam habuerint. Nam quum Anniceris — ut hoc utar — summa esset morum integritate atque constantia, animi voluptates ceteris anteferre non dubitavit; ceteri autem Cyrenaici, quorum vita videtur nimis dissoluta fuisse, animi volupta-

tes aut omnino contempserunt, aut certe non pluris quam eas aestimaverunt, quibus etiam bestiae delectari solent. Atque idem fere is inveniet, qui Hegesiae doctrinam cum Aristippi praeceptis comparaverit. Nam summum, quod inter illos exstat, discrimen nulla re videtur effectum esse, nisi quod alter nimis morosus erat, alter maxima, quae cogitari potest, animi hilaritate utebatur. Quae quum ita sint, satis mihi videor demonstrasse, plurimas, quas Cyrenaicorum doctrina subiit, mutationes non tam ex ipsa rei, quae tractabatur, natura, quam ex moribus atque ingenio singulorum philosophorum procreatas esse. Quod gravissimum nobis argumentum esse debet, cur vita Aristippi eadem, qua ejus doctrina explicari debet, industria tractanda videatur. Jam vero hac in re nihil mihi magis spectandum videbatur, quam ut animum ab omni partium studio retinerem. Nam omnes fere, qui ad hujus philosophi vitam explicandam accesserunt, aut ab Augustini partibus stetisse videntur, qui numquam fieri posse dixit, ut Aristippus ad aeternam salutem perveniret, aut talia protulerunt, qualia a Menzio prolata videmus. Qui quum Aristippum saepenumero injustissime vituperatum putaret: ipse nimius in eo laudando fuit. Sed utraque res quam perversa sit, omnes vel me

tacente intelligent. Itaque operam dedi, ut nihil afferrem, nisi quod certis veterum scriptorum testimoniis confirmaretur. Neque enim Aristippi vitam ita tractare constitui, ut a Wielandio narratam videmus in libro qui inscribitur: „Aristipp und einige seiner Zeitgenossen. 4 Tom.". Quo in libro etsi multa doctissime atque elegantissime disputata sunt: tamen Aristippi vita ita tractata est, ut magis a poëta inventa, quam ab historico tradita videatur. Atque libere fateor, neque universum, quod vir summus sibi proposuit, consilium, neque levitatem, quae singulis in disputationibus spectatur, valde mihi probari. Quod judicium non tam temere de tanto viro pronuntiarem, nisi jam Jacobsius, vir elegantissimi judicii, nonnulla, quae Wielandius proposuit, justa vituperatione notavisset. (Opuscul. IV. p. xii.) Sed utut de Wielandio judicatur: nobis certe nihil afferendum erat, nisi quod ad certam veterum scriptorum auctoritatem rediret.

Sed ne ita quidem res eo pervenisse videtur, ut nulla singulis de rebus dubitatio relicta sit. Quod unde factum sit, nemini obscurum esse potest. Etenim si quis consideraverit, quibus ex fontibus historia Aristippi hauriri debeat, intelliget, quam levis multarum, quae de eo traduntur, narrationum fides

habenda sit. Quid quod haud paucis eorum, quorum ad auctoritatem nunc quidem omnia referuntur, nihil omnino tribueremus, nisi et temporum injuria et hominum incuria factum esset, ut plurimarum et gravissimarum rerum illi nobis soli testes essent atque auctores. Quis enim Idomeneum, Hegesandrum, Athenaeum magni aestimaret, si multi illi scriptores aetatem tulissent, qui et de Socraticis, ut Phanias, Diocles, Panaetius, Oenomaus, Hermippus, Hecato, Sosicrates aliique, et de voluptate, ut Aristoteles, Theophrastus, Chrysippus, Xenocrates, Antisthenes egerunt. Quis spinosas illas, quae nunc instituendae videntur, disquisitiones institueret, si ipsos dialogos adire liceret, quibus Speusippus (Diog. L. IV. 5; cf. Krische Theologumena philos. Gr. p. 249. not. I.) et Stilpo (Diog. L. II. §. 120.) de Aristippo disputaverunt.

Sed jam satis de difficultatibus dictum est, quibus ea, quam tractare conabimur, quaestio laborare videtur. Nam tantum abest, ut propter has difficultates universa quaestio a nobis omissa sit, ut summam industriam in iis tollendis consumpserimus. Quae difficultates quamvis effecerint, ut hoc tempore nihil nisi vitam Aristippi proponamus, tamen de hac disputatiuncula idem valere videtur, quod de gravissi-

mis philosophiae disquisitionibus sapientissime a Platone praeceptum est Theaet. p. 146. e: *Κρεῖττον γάρ που σμικρὸν εὖ ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς περᾶναι.*

ARISTIPPUS
ARITADAE FILIUS CYRENAEUS.

Patris nomen ab uno Suida (s. v. Ἀρίστιππος) nobis servatum est, quod unde haustum sit, haud facile divinare licet. Matris nomen incertum est. Quae enim leguntur in depravata illa, quae Aristippi nomen prae se fert, epistola [1], ea neque integra ad

1) Epistol. Socrat. ed. Orelli 29: *Θῆλυ δὲ τέκνον εἰ μήκετι τρέφειν βούλει, τὸ τῆς Εὐβοΐδος θυγάτριον* . . . . . (*παράλαβε* add. Bremi.), *ὃ δὴ ἐλευθέρως ἦγες, ἐμοί τε χαρίζεσθαι βουλομένης σε* . . . . *τῆς ἐμῆς μητρὸς ὀνόματι* (Ita codd.; Allatius correx.: *βουλομένη θρέψον ἐπὶ*: Bremius cum Orellio: *βουλομένη σὺ ὠνόμασας τῆς ἐμ. μ. ὀν.* Fortasse legendum: *βουλομένη σὺ ἐπὶ* vel *ἀπὸ τῆς ἐμ. μητρὸς ὠνόμασας*) *καὶ γὰρ ἐγὼ πολλάκις ἀμίκαν, αὐτὸ προσηγόρευσα.* — Orell. scribendum putat *Ἀμίκαν*, sive *Ἀμύκαν* litera majore, quod „nomen proprium matris Aristippi, Latinismo inquinatum, videtur fuisse" (p. 261. praef. p. IIX.). Sed de fide auctoritateque hujus epistolae vide Bentlei. dissert. de epist. Socrat. §. 11 sq. Pearson. judic. de ep. S. p. 382. Orelli. p. IIX. A quibus quae disputata sunt, ea haud mediocriter Thrigii verbis confirmantur. („Res Cyrenensium". p. 131. 181. ed. Bloch.)

nos pervenisse, neque a satis gravibus auctoribus profecta videntur. Cyrenae autem eum natum esse, inter omnes, qui ejus patriam memoraverunt, antiquitatis scriptores constat [1]). Neque aetas Aristippi, etsi prorsus accurate definiri non potest, dubia videri debet. Etenim eum non solum Diodorus Siculus [2]) Ol. 103. 3. ann. C. 366, verum etiam Plutarchus (vita Dion. 19. coll. C. F. Hermann. hist. philos. Platon. I. p. 65.) Ol. 104. 4. ann. C. 361. in vivis fuisse testatur. Quae si recte tradita sunt, Aristippus haud multo ante ann. C. 435. natus esse potest. Neque vero multo post hunc annum in lucem prodiise videtur. Nam aut omnino fallor, aut Aristippus et Aeschinem et Platonem annis superavit. (De

1) Aristoclis verba (apud Euseb. praep. evang. 765), quibus ipsis Cyrenaicis neque patria neque nomina nota fuisse dicuntur, quid sibi velint, postea explicabimus.

2) XV. 76. ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης — — Ἀρίστιππός τε κ. τ. λ. (cf. Clinton.) Quo loco quae vis vocabulo ὑπῆρξαν tribuenda sit, ex ipsis verbis intelligitur. Nam eadem verba ὑπῆρξαν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους non solum ad Aeschinem, Isocratem, Antisthenem, sed etiam ad Anaximenem et Aristotelem referuntur. Qui quam diversis temporibus floruerint, nemini obscurum esse potest. Nam Isocrates, ut hoc utar, Ol. 86. 1. natus est (Pfand. de Isocr. vita p. 4.), Aristoteles autem non ante Ol. 108. 1. in lucem prodiisse videtur (Brandis p. 48).

Aeschine diserte tradidit Diogenes Laert. II. 83. πρεσβύτερος ὤν). Accedit quod haud diu post annum 361. superstes fuisse videtur. Quod quum per se veri simile est: tum verbis epistol. Socrat. 29. confirmatur; quae quamquam non tam Majorem quam Minorem Dionysium spectant: tamen eo tempore scripta finguntur, quo tyrannus nondum Syracusis expulsus erat. Quae res quum ca. ann. 356. accidisse videatur: Aristippus certe ante hunc annum mortuus videtur. Quid quod idem fere ea ex re colligere possumus, quod Lucianus eum non inter μακροβίους referendum putavit. Itaque aetatem Aristippi haud scio an ii recte definiant, qui eum inde ab anno 435. usque ad ann. 360. vixisse statuunt. Etenim quidquid de vita Aristippi traditur, optime cum hac sententia consentit. Quod quo facilius intelligatur: eas res hoc loco breviter commemorabimus, quae ad certum quendam annum referendae videntur.

Ann. C. 435. natus videtur.

416. i. e. Ol. 91. Olympiam et Athenas profectus videtur.

399. in insula Aegina versatus est. Post hunc annum Megara sese contulisse dicitur.

396. in Asia ab Artapherne captus est.

Varia ejus itinera. Fortasse in patriam redit.

389. (88.) una cum Platone Syracusis versatus est.

366. ὑπῆρξε. (Diodor. l. l.) Atque haud scio an plurimam ejus temporis partem, quod inter annum 389 et 361 interjectum est, Cyrenae versatus sit, atque quum alios tum filiam instituerit.

361. una cum Platone Minori Dionysio adfuit.

360. in insula Lipara mortuus videtur.

Quamquam ne ego quidem negare audeo, multa, quae a me apposita sunt, haud omnino certa videri. Quod unde factum sit, nemini obscurum esse poterit. Etenim nemo nisi unus Diodorus aetatem Aristippi diserte tradidit. Accedit quod dubito an ea in re a nonnullis dissentiam, quod mihi quidem non solum Plutarchus (vita Dion. 19.) atque Hegesander (ap. Athen. XII. 544 a.), verum etiam Lucianus atque auctor epist. Socrat. 23. non tam Majorem quam Minorem Dionysium spectare videntur. Quae res quamvis postea uberius tractanda videatur: hoc loco tamen a nobis memoratur, ne cui obscurum sit, quibus ex caussis Aristippum usque ad annum 360. vi-

xisse statuamus. Quae sententia haud mediocriter confirmaretur, si accuratius constaret, quo anno solis ille defectus, quem Plutarchus spectat, ab Helicone praedictus esset. Sed hac de re neque apud Calvisium (Opus chronol. ed. 4. p. 286) neque apud Zechium qui nuper accuratissime his de rebus disputavit („Astronom. Untersuch. über die wichtigeren Finsternisse, welche von den Schriftstell. des class. Alterth. erw. werden. Preisschrift der Jablonowsky schen Gesellsch. zu Leipzig 1853.) quidquam invenitur, quod in nostrum usum converti posse videatur.

Neque vero hanc ob rem ea, quae a nobis disputata sunt, incerta videntur. Etenim haud scio an novum nostrae sententiae argumentum ex nonnullis librorum, qui Aristippo a Diogene Laertio tribuuntur, titulis petendum videatur. Quibus quantum tribuendum sit, postea accuratius explicabimus [1]).

---

1) Quae a viris doctis de aetate Aristippi disputata sunt, ea breviter hoc loco a nobis memorabuntur. Primum igitur Menzius (p. 9. g.) Aristippum circa Ol. 80. ann. C. 460. natum putat. Quod quamvis neque per se veri simile sit, neque a Plutarcho, ut Menzio videbatur, confirmetur: tamen non solum a Fabricio (Bibl. Graec. II. p. 700 ed. Harl.), sed etiam a Vossio (de hist. Graec. p. 53. ed. Westerm.) repetitum est. Rectius Bernhardy et Thrigius judicaverunt; quorum alter („Res Cyrenens." p. 356.) Aristippi „virilem aetatem brevi post ann. 400 fuisse", alter (Hist. Liter. Graec.

Aristippus igitur, quum non solum in opulentissimo, felicissimo, splendidissimo Africae oppido [1]),

---

ed. 2. p. 639.) eum Ol. 94. 1 floruisse putat. Wendtius autem prorsus cum nobis consentit, quum Aristippum „florentissimis patriae temporibus (Ol. 100.) floruisse“ statuat. Wielandius (lib. I. epist. 4.) Aristippum Ol. 94. ad Socratem venientem facit. Luebkerus (in libro, qui inscribitur „Reallexicon“ s. v. Ἀριστ.) denique, quo jure eum Ol. 94. 1 natum dicat, haud intelligo.

1) De „rebus Cyrenensium“ J. P. Thrige docte et accurate disputavit: de amoenitate et fertilitate Cyrenaicae p. 16; de urbis pulchritudine p. 97: deinde haec habet (p. 20): „Felicem Cyrenaicae naturam, si cui veluti praesentem animo contueri lubet, hunc adire oportet egregium Wielandii librum „Aristippus“ inscriptum, ubi imago hujus rei evidentissima praebetur cf. imprimis lib. 4. ep. 2 et 13“. — cf. Curtius z. Gesch. des Wegebaues bei den Griechen. 1855. p. 88 sq. De studio, quo quum alias literas artesque, tum philosophiam excoluerunt, vid. p. 349. 352. 353. 355. Quae si recte disputata sunt, ea rejicienda erunt, quae Menzius (p. I. 4 b. 5 d. 45 n. n.) et Bruckerus p. 585. §. III et f. g. de barbara Aristippi origine disputaverunt. Nam „Cyrena“, ut ait Thrigius p. 2, „docuit Graecos in Africa adeo Graecos manere“ (coll. 280). Atque tantum abest, ut Aristippus ab antiquis scriptoribus inter barbaros referatur, ut a Xenophonte (Memor. II, 1, 10) et ab Horatio Graecus nominetur. Quamquam Epicurus, haud scio an tale quid significaverit, quum Cyrenaicos Graeciae hostes appellaret (Diog. L. X. §. 8.). Neque dissimile est, quod Theodorus dicitur pronuntiasse. (Diog. L. II. §. 103.) At omnes vel me tacente intelligent, utrumque philosophum certam quandam

sed etiam ea in familia [1]) natus esset, quae, quemadmodum Cyrena plurimas civitates et divitiis et ceteris vitae deliciis superabat [2]), ita inter ipsos Cyrenaeos videtur excelluisse: fieri vix potuit, quin ejus et ingenium excoleretur, et mores nonnihil corrumperentur. Accedit, quod ejus pueritia in ea potissimum tempora incidit, quibus ipsa Cyrena maxime videtur floruisse (cf. Thrig. p. 356. Wendt. p. 9.). Quae quum ita sint, mirum nobis videri non potest,

---

caussam habuisse, cur Cyrenaicos haud mediocri odio afficeret.

1) Aristippum rebus prosperis natum fuisse, viri docti propter multas, quae de eo traduntur, narratiunculas statuerunt. (Wendt. p. 9. not. 1. Thrige p. 356. coll. Menz. p. 8. Brucker. p. 585. Kuhnhardt. p. xvii. 2.) Quibus plus tribuerem, nisi quo tempore factae essent, incertum videretur. Nihilominus Aristippum rebus prosperis natum fuisse, ea ex re colligere possumus, quod multas saepenumero divitias per luxuriam effudisse dicitur. Neque enim verisimile est, Aristippum tantam pecuniam aut docendo sibi comparasse, aut a Dionysiis dono accepisse.

2) De Cyrenaeorum luxuria Thrigius ita judicat: „A moribus et ingenio Doriensium haud parum deflexisse hunc populum, qui — regionem incoluit, ubi coelum calidius ad vitam molliorem invitavit, solique ubertas eandem fovebat, dubitari certe non potest.“ (p. 349). — Aristippum autem ne in patria quidem ab omni philosophiae studio alienum fuisse, etiam C. F. Hermannus judicavit. (Disputat. collect. p. 229. not. 8. coll. 228. 231. not. 14).

quod ne ea quidem, quam per nonnullos annos habuit, cum Socrate consuetudo, eum a voluptatis amore, et a sophistarum sentiendi disserendique ratione revocare potuit. Etenim hac utraque re primis pueritiae temporibus imbutus videtur. Quae res, quamquam nemini dubia videri potest: tamen nullo veterum scriptorum testimonio confirmatur. Etenim neque sophistae nomen ad nos pervenit, cujus disciplina Aristippus usus sit, neque ii nominantur, a quibus ille primis, quibus Graecorum pueri instituebantur, artium literarumque elementis imbutus est. Nam quod Menzius (p. 10. not. h. p. 90) eum Theodori Mathematici institutione usum esse dicit, id neque per se veri simile est, neque ullo veterum scriptorum testimonio probatur.

Venimus igitur ad illud tempus, quo Aristippus Athenas sese contulit. Quod quando factum sit, ex iis, quae nobis tradita sunt, haud satis accurate definiri potest. Sed Aristippum haud plus quam viginti annos natum fuisse, Lucianus illo loco indicare videtur, quo illum Athenis eruditum esse dicit. (*Βίων πρᾶσις.* 12. *Ἐπαιδεύθη μὲν οὖν Ἀθήνῃσιν.*) Atque Aristippum magna, qua Socrates jam fruebatur, gloria commotum esse, ut Athenas proficisceretur, discimus ex Aeschinis, quae nobis apud Diogenem Laer-

tium servata sunt, verbis [1]). Quae res quamquam neque ab Hesychio Milesio neque a Suida memoratur: ea tamen apud Plutarchum quoque legitur, qui eam „modo aliquantum exaggerato" narrat, ut Wendtius (p. 9. not. 2) recte videtur statuisse.

Sed quum ex utroque loco satis constet, Aristip-

---

1) *Ἀρίστιππος — ἀφιγμένος δὲ Ἀθήναζε, καθά φησιν Αἰσχίνης, κατὰ κλέος Σωκράτους* (ap. Diog. L. II. §. 65). Quae res ex quo Aeschinis dialogo desumta sit, ne C. F. Hermannus quidem definire audet (p. 28). — Plutarch. de curiositat. 2. *Καὶ Ἀρίστιππος Ὀλυμπιάσιν Ἰσχομάχῳ συμβαλὼν ἠρώτα, τί Σωκράτης διαλεγόμενος οὕτω τοὺς νεοὺς διατίθησι καὶ μικρὰ ἄττα τῶν λόγων αὐτοῦ σπέρματα καὶ δείγματα λαβὼν, οὕτως ἐμπαθῶς ἔσχεν, ὥστε τῷ σώματι συμπεσεῖν, καὶ γενέσθαι παντάπασιν ὠχρὸς καὶ ἰσχνός· ἄχρι οὗ πλεύσας Ἀθηνάζε διψῶν καὶ διακεκαυμένος ἠφύσατο τῆς πηγῆς, καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἱστόρησεν, ἧς ἦν τέλος ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι.* Quis ille Ischomachus fuerit, e Plutarchi verbis haud satis accurate intelligitur. De variis, qui ab antiquis memorantur, hujus nominis viris vide Kraftium et Krausium (in libro „Pauly's Realencycl." s. v.). Menzius eum videtur intellexisse, qui Ol. 68 et Ol. 69 victor ex Olympicis discessit (p. 7 f.). Sed quamquam huic certe sententiae ipsae temporum rationes repugnant: tamen haud facile definiri potest, quis intelligendus sit. Mihi quidem Schneideri sententia (ad Oeconom. Xenoph. cap. VI. 17) maxime probatur, qui eundem intelligere videtur, qui et apud Cratinum (Meineke fr. Comic. II. 175) memoratur, et suavissimum illud cum Socrate colloquium habuit, quod a Xenophonte literis mandatum est.

eum non sine magna exspectatione [1]) ad Socratem sese contulisse: quaerendum videtur, utrum a Socrate eadem, qua ceteri, benevolentia discipulorum numero adscriptus sit, annon. Sed hoc loco non tam de ea, quae inter eorum placita intercedebat, ratione, quam de consuetudine loquar, qua conjuncti fuisse videntur. Etenim quum duas has disputationes prorsus sejungendas, et per se quamque tractandam esse putarem: ita agere constitui, ut nunc quidem explicarem, quanta familiaritate ipsi viri conjuncti fuissent; postea autem uberius demonstrarem, quo jure doctrina Aristippi a Socratis placitis profecta esse diceretur.

Jam vero Aristippus, quemadmodum Socratem maxime admirabatur ita a magistro summa cum humanitate non solum initio recipiebatur, sed postea semper retinebatur. Quae res quum multis aliis locis probatur, quibus Aristippus inter discipulos amicosque Socratis refertur (ἑταῖρος Aristot. Rhetor. B. 23. Demetr. de elocut. 288: Aristocl. ap. Euseb. praep. Ev. p. 763. d ἀκουστής, ὁμιλητής. Suid. s. v. Themist. orat. 21. p. 244. b. μαθητής Diog. L.

---

1) Diog. L. II. 78. Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἧκον παρὰ τὸν Σωκράτην. D. L. II. 80. Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον παιδείας δεόμενος.

II. 74. Atque ipse Aristippus „Socratis discipulus vocari malebat, quam Cyrenaicae sectae repertor.“); tum notissimo illo Phaedonis loco, quem postea accuratius tractabimus. Quo loco quamvis permulti statuant, Aristippum non solum ob nimium voluptatis studium, verum etiam ob inhumanissimam, quam adversus magistrum adhibuisset, agendi rationem vituperatum esse: neminem tamen fugere potest, praeter hanc vituperationem etiam arctissimum quoddam amicitiae vinculum significari. Nam nisi hi viri satis arcte inter se conjuncti fuissent: Echecrates Aristippum numquam profecto inter eos desiderasset, qui morienti Socrati adfuissent [1]). Accedit, quod Ari-

---

1) Idem censet Brandisius (II. pag. 90. not. b), cujus haec sunt verba: „wo die Frage, ob Aristipp und Kleombrotos beim Tode des Socrates gegenwärtig gewesen, Anerkenntniss eines damals schon bestehenden nähern Verhältnisses zu Diesem einschliesst“. — Atque haud scio an idem de illis narratiunculis statuendum sit, quibus Aristippus a nonnullis pro indigno Socratis discipulo habitus esse traditur. Quod numquam fieri potuisset, nisi Aristippus et diuturna et intima Socratis familiaritate usus esset. Diog. L. II. 74. *πρὸς τὸν αἰτιώμενον ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὤν, ἀργύριον λαμβάνει, καὶ μάλα, εἶπε, καὶ γὰρ Σωκράτει πεμπόντων αὐτῷ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν. Εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους τῶν Ἀθηναίων, ἐγὼ δὲ Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον.* II. 80. *πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκρά-*

stippum nonnisi hoc uno Platonis loco propter ingratum animum vituperari invenimus. Nam etiamsi eas, quas jam attulimus (p. 27 n. 1), narrationes spectas: Aristippus neque ipse sibi ullo modo a Socratis exemplo videtur descivisse, neque re vera quidquam protulit, nisi quod gratissimum in magistrum animum proderet. Ita enim Platonem Socratici exempli admonet. (Aristot. Rhet. II. 23.) Deinde ipse fatebatur, se plurimum Socratis institutioni debere. (D. L. II. 71. *πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λογογράφον δίκην εἰπόντα καὶ νικήσαντα, ἔπειτα φάσκοντα πρὸς αὐτόν, Τί σε ὤνησε Σωκράτης; ἔφη τοῦτο, τοὺς λόγους, οὓς εἶπας ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀληθεῖς εἶναι.*) Denique vide pulcherrimam, quam de Socratis morte praetulit, sententiam. D. L. II. 76. *Ἐρωτώμενος, πῶς ἀπέθανε Σωκράτης; ἔφη, Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην.*; quae bene a Menagio comparatur cum Phaedri verbis. III. 9.) Ac ne illud quidem quod apud Xenophontem legitur, nostrae sententiae repugnare videtur. (Memor. III. 8. *Ἀριστίππου δὲ ἐπιχειροῦντος ἐλέγχειν τὸν Σωκράτην, ὥςπερ αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου τὸ πρότερον ἠλέγχετο.*

Sed quemadmodum Aristippus bene videtur perspexisse, qualis Socrates esset, ita Socratem pro

---

τους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι, Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον παιδείας δεόμενος, πρὸς δὲ Διονύσιον παιδιᾶς.

magna et humanitate et sapientia, qua in judicandis hominum ingeniis uti solebat, haud mediocres illae, quibus Aristippus ornatus erat, virtutes fugere non potuerunt. Quis enim tam injustus esse potest, ut Aristippum bono ingenio [1]), eleganti judicio [2]), haud

---

1) Alexis (ap. Athen. XII. 544) σοφιστὴς εὐφυής (coll. Pseudolucian. Parasit. 33. εἰς τὴν τέχνην εὐφυής. De vi vocab. εὐφυής vid. Bernhardy hist. Gr. lit. I. p. 372. 378). — Atque postea Populus dicitur Aristippi artem non assecutus esse. Quid quod etiam Aeschines fatebatur, se omnibus in rebus ab Aristippo superari. (Plutarch. de cohib. ira 462 d.) — Brandis p. 21 h. h. h. „recht wohl begabt".

2) Praeter multa alia, quae suo loco a nobis afferentur, etiam ea elegantissime ab Aristippo pronuntiata videntur, quae de vi et dignitate quum aliarum literarum tum philosophiae protulisse dicitur. Diog. L. II. 68. Ἐρωτηθείς ποτε, τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι; ἔφη, Ἐάν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. cf. Hermann hist. phil. Plat. p. 320. Deinde J. Damascenum Append. Florent. ad Stobaeum ed. Gaisf. IV. p. 428. not. 67. Fortasse etiam ea quae praecedunt, ad Aristippum referenda sunt. (Σόλων ὀνειδιζόμενος κ. τ. λ. Coll. Diog. L. II. 72. ὀνειδ. π. κ. τ. λ. Deinde φιλόσοφος ἔχων κ. τ. λ. et ὁ αὐτός. II. 79. Τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι. Καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. II. 73. Ἐρωτηθείς ποτε, τίνι διαφέρει ὁ σοφὸς τοῦ μὴ σοφοῦ; ἔφη, Εἰς ἀγνῶτας τοὺς δύο γυμνοὺς ἀπόστειλον, καὶ εἴσῃ. II. 69. Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων;

mediocri acumine [1]) usum esse, eumque ab effrenata

ἔφη, Ὥιπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων. II. 70. Ἄμεινόν, ἔφη, ἐπαίτην ἢ ἀπαίδευτον εἶναι. Fortasse etiam illud dictum, quod apud Pseudodemetr. legitur (de elocut. 296) ab Aristippo profectum erat: ὅτι οἱ ἄνθρωποι χρήματα μὲν ἀπολείπουσιν τοῖς παισίν, ἐπιστήμην δὲ οὐ συναπολείπουσι τὴν χρησομένην τοῖς ἀπολειφθεῖσι· τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τοῦ λόγου Ἀριστίππειον λέγεται. — Itaque urbane eos irrisisse dicitur, qui literas despicere viderentur: Plutarch. de liberis educ. Ἦ καὶ Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀστείως ἐπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ἐρωτήσαντος γάρ τινος αὐτὸν, πόσον αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως· Χιλίας, ἔφη, δραχμάς. Τοῦ δὲ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπέρπολυ τὸ αἴτημα· δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι. Τοιγαροῦν, εἶπε, δύο ἕξεις ἀνδράποδα καὶ τὸν υἱὸν καὶ ὃν ἂν πρίῃ. Diog. L. II. 72. Συνιστάντος τινὸς αὐτῷ υἱὸν, ἤτησε πεντακοσίας δραχμάς. Τοῦ δ᾽ εἰπόντος, Τοσούτου δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι: Πρίω, ἔφη, καὶ ἕξεις δύο. — Ibid. Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τί αὐτοῦ ὁ υἱὸς ἀμείνων ἔσται παιδευθείς; καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, εἶπεν, ἐν γοῦν τῷ θεάτρῳ οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ. Atque haud scio an hae voces ex libello illo, qui περὶ παιδείας inscribebatur, desumtae sint, sive eum ab ipso Aristippo profectum (cum Panaetio et Sotione) putamus, sive a sophista quodam suppositum dicimus. Sed ut ut res se habet: meo jure mihi agere videor, quum Aristippum elegantissimo judicio usum esse dicam. Adde quod semper in ore habuisse videtur, quae ab Atticis poetis, velut a Sophocle (Galen. Tom. 19. p. 227. ed. Kühn.), ab Euripide (D. L. II. 78. 82) eleganter pronuntiata erant.

1) Acumen Aristippi maxime illis in vocibus spectabatur, quibus saepenumero, quum ab aliis vituperatus esset, eos refellere conabatur. Cujus rei antiquissimum exemplum

atque turpissima libidine alienum fuisse neget. Nam etsi haud multum plurimis, quae de eo traduntur,

---

apud Xenophontem exstat. (Memorab. III. 8.) Sed haud pauca etiam apud Hegesandrum, Horatium, Gellium, Dioclem Diogenem Laertium (*αἰτιασαμένου δέ τινος* II. §. 66. *ὀνειδιζόμενος* §. 68. 69) aliosque scriptores leguntur, quae suo loco diligentius a nobis tractabuntur. Accedit quod inter scripta, quae ejus nomini a nonnullis adscribebantur, haec inveniuntur: *πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας, ὅτι κέκτηται οἶνον, ὅτι πολυτελῶς κ. τ. λ.* Itaque intelligimus Aristippum saepissime quum vituperatum tum vituperationes refellere conatum esse. Quod quum faceret, nonnumquam eo pervenisse videtur, ut, quae vis singulis verbis tribuenda esset, subtilius et accuratius definiret. (Schol. ad Apollon. Rhodium. II. 77. *θάρσος δὲ θράσους διαφέρει· θάρσος γὰρ καὶ εὔλογον, θράσος δὲ τὸ μετὰ ἰταμότητος· οὕτω καὶ ὁ Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος.* cf. Schol. in Homer. Iliad. IV. 2. *θάρσος δέ ἐστι κατὰ μὲν τοὺς Στωϊκοὺς φιλοσόφους — — κ. τ. λ. κατὰ δὲ τοὺς Κυρηναϊκοὺς καὶ Ἐπικουρείους εὐσταθεῖν κατὰ διάνοιαν καὶ λόγον ἐν δεινῶν ὑπομοναῖς.*)

Ipse autem Aristippus nihil saepius vituperasse videtur, quam arrogantiam. Quod quanto acumine fecerit, neminem, qui singulas narrationes inter se comparat, fugere potest. Aristot. Rhetnr. B. 23. *Ἀρίστιππος πρὸς Πλάτωνα ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, ὡς ᾤετο; Ἀλλὰ μὴν ὅγ' ἑταῖρος ἡμῶν οὐθὲν τοιοῦτον, λέγων τὸν Σωκράτη.* Diog. L. II. 71. *Σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ πολυμαθίᾳ, ἔφη, Ὥςπερ οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προςφερομένων, οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσὶ σπουδαῖοι.* II. 74. *Αἰσχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ πολλὰ πίνειν, καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, Τοῦτο καὶ ἡμίονος, φησί.* II. 73. *Αἰσχοῦντος τινὸς ἐπὶ τῷ κολυμβᾶν, Οὐκ αἰσχύνῃ, εἶπεν, ἐπὶ ἀλφῶντος ἔργοις ἀλαζονευόμενος.*

narrationibus tribuo; propterea quod neque per se graves videntur, neque ab omnibus ad unum Aristippum [1]) referuntur: tamen satis constare puto, Aristippum iis, quas dixi, virtutibus ornatum fuisse. Sed tantum abest, ut Socratem etiam vitia Aristippi perspexisse negem, ut mihi nemo ea melius intellexisse videatur. Nam ex illo, quem Xenophon literis mandavit, sermone discimus, sapientissimum magistrum ea non solum vituperasse, sed etiam discipulo viam, qua ea deponeret, demonstrasse [2]). Qui sermo qualis fuerit, postea accuratius explicabimus.

Quae quum ita sint, satis mihi videor demonstrasse: neque Aristippum tam rudem fuisse, ut Socratem negligeret, neque Socratem tam stultum fuisse, ut Aristippum prorsus contemneret. Sed ne

---

1) Nam eaedem res, quae de Aristippo narrantur, aut certe simillimae Diogeni, Platoni, Antistheni, Isocrati, Aristoni, Bioni tribuuntur. (Vide Diog. L. II. 68 coll. VI. 58. II. 103; deinde II. 82. coll. Diocl.; II. 75. coll. Galen. VI. 32; II. 78; II. 69. coll. V. 19; II. 72. coll. Vitae decem orat. 838. a; II. 80 coll. Plut. de educ. libr. 10 etc.

2) Memorab. III. 8. *βουλόμενος τοὺς συνόντας ὠφελεῖν ὁ Σωκράτης ἀπεκρίνατο — ὡς ἂν πεπεισμένοι μάλιστα πράττοιεν τὰ δέοντα.* coll. II. 1. init. Diog. L. II. 71. *Τί σε ὤνησε Σωκράτης;* *κ. τ. λ.* Sed rectissime Ritterus judicare videtur, quum Socratis disciplinam effecisse dicat, ut Aristippus, etsi noluit voluptatibus abstinere, tamen iis carere posset.

illud quidem mirum nobis videri debet, quid sit, quod Aristippus quum ab aliis tum a Diogene Laertio haud ignobilem locum inter Socratis discipulos obtinuisse dicatur. II. 47. *Τῶν δὲ φερομένων δέκα οἱ διασημότατοι τέσσαρες Αἰσχίνης, Φαίδων, Εὐκλείδης, Ἀρίστιππος.* cf. not. 1. Quae verba quamquam maxime doctrinam Aristippi spectent, tamen non solum ad hanc, sed etiam ad ejus mores atque ingenium referenda sunt, neque minus recte de his pronuntiata videntur. Nam quod non nisi magnis viris accidere solet, id Aristippo accidisse putamus, ut ejus vitia ex ipsis virtutibus procreata atque cum his arctissime conjuncta essent. Ita enim magna illa, quae Aristippo inerat comitas [1]) atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas [2]) effecisse videntur, ut haud

1) *ἐπίχαρις* vocatur a Suida. Atque de summa, qua amicitiam servabat, constantiam vide praeter ea, quae postea afferentur, „consolationem“ illam, quae apud Aelianum servata est. (Variae hist. VII. 3.): *Ὅτι Ἀρίστιππος ἑταίρων αὐτῷ τινων ὀδυρομένων βαρύτατα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πρὸς αὐτοὺς εἶπε λύπης ἀνασταλτικὰ, καὶ ταῦτα δὲ ἐν προοιμίοις· Ἀλλ' ἔγωγε ἥκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους.*

2) Praeter ea quae a nobis afferentur, quum de tempore, quo Aristippus Syracusis versatus est, agamus, vid. Horatium, a quo cum Diogene Cynico elegantissime comparatur. Sed hoc loco prima tantum Horatii verba afferenda videntur: (epistol. I. 17. 23)

raro non solum ad perditorum hominum familiaritatem [1]) perveniret, sed etiam ut ipse morum integritatem atque constantiam amitteret. Atque pari fere modo summum illud, quo utebatur, acumen effecit, ut multae, quas proposuit disputationes haud paucis hominibus non tam Socratis discipulo quam sophistis [2]) dignae viderentur. Deinde Aristippus quum

---

Omnis Aristippum decuit color, et status et res,
Tentantem majora, fere praesentibus aequum.

Plutarch. de vita Homer. B. 150. *ταυτὴν τὴν εἰκόνα τοῦ βίου παραλαβὼν Ἀρίστιππος καὶ πενίᾳ καὶ πόνοις συνηνέχθη ἐῤῥωμένως, καὶ ἡδονῇ ἀφειδῶς ἐχρήσατο.* Diog. Laert. II. 66. *Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμοδίως ὑποκρίνασθαι* (cf. Suid.).

1) Ut Laïdis (cf. infra), aliarumque, ut videtur, meretricularum. (Diog. Laert. II. 69. 74. 81. 84. Chrysostom. homil. 34. in Matth. 10. *οὕτω γοῦν ὁ μὲν Ἀρίστιππος πόρνας ἠγόραζε πολυτελεῖς.*)

2) Aristot. Metaph. B. 2. *τῶν σοφιστῶν τινες οἷον Ἀρίστιππος.* Quem ad locum Alexand. *ὃς καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἄλλοις τισι τῶν σοφιστῶν.* Phanias ap. Diog. Laert. II. 65. *οὗτος σοφιστεύσας.* Schol. ad Lucian. Menipp. *δεινὸς τὰ περὶ γαστέρα καὶ τοὺς μαγείρους σοφιστής* (p. 20. 7). Alexis apud Ath. XII. 544. *σοφιστὴς εὐφυής.* Lucian. *βίων πρᾶσις.* 12. *σοφιστὴς ἡδυπαθείας.* Clemens Alex. Paedag. II. p. 177. a. *λόγος σοφιστικός.* coll. Stromat. II. 44. a. ubi gnosticus quidam, qui Aristippi de voluptate sententiam protulerat, sophista nominatur. Aliter Themist. orat. 23. p. 293. c. *καὶ Ἀρίστιππον μὲν τὸν Κυρηναῖον καὶ ταῦτα δεκαπλάσιοι ὄντες οἱ Διονυσίου πυροὶ οὐκ ἐποίησαν σοφιστήν.* — Sed cur sophistae nomen Aristippo tributum sit, non satis inter viros doctos

Socratis patientiam [1]) imitari studeret, saepenumero

---

constat. Rectissime autem Ritterus (Hist. ph. ant. II. p. 90) et Wendtius (p. 11. not. 4) statuisse videntur, qui illum quum propter doctrinae indolem ita nominari putant, tum propterea quod primus e Socraticis pretium institutionis a discipulis posceret. Ceterum quae vis vocab. *σοφιστής* sit, Hermannus (Hist. ph. Plat. I. p. 204. not. 202 sq. p. 225. not. 272. de Aeschin. reliq. p. 14. not. 47.) explicavit. (cf. Schol. ad Lucian. Rhetor. praec. init.) Neque vero me addere opus est, Aristippum saepenumero philosophum, sapientem, (*σοφός* Sext. Emp. Pyrrh. hyp. *Γ*. 204) nobilem philosophum (Augustin. de civit. Dei. 18. 41.) minime contentum philosophum (Cicer. Acad. IV. 24.) *ἄκρον φιλόσοφον* (Lucian.) *τὸν πάνυ* (Themist. orat. 21. p. 244. b.) appellari. Denique doctrina Aristippi quid sophistis, imprimis Protagorae debuisse videatur, postea explicabimus. (Cf. Hermanni sel. disp. I. p. 231. p. 229. Krische Theologumena philos. Gr. p. 236. Wendt. p. 9.)

1) Primum Plutarchus videndus, qui Aristippum prudentissima agendi ratione effecisse dicit, ut cum irato Aeschine in gratiam rediret. (De cohib. ira. 14.) *Ὁ δ' Ἀρίστιππος ὀργῆς αὐτῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καί τινος εἰπόντος· Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῶν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησὶν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ. Καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προςελθὼν εἶπεν· Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι, καὶ ἀνήκεστος ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν. Ὁ δ' Αἰσχίνης, οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστὸν εἰ πρὸς πάντα τῇ φύσει μου διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δέον πρότερος συνεῖδες.* Quae res etsi a Stobaeo de fratre quodam Aristippi narratur: tamen cum Aeschine Aristippo accidisse videtur, quum huic etiam a Diogene Laertio tribuatur. Stob. Floril. 84. 19: *Ἀρίστιππος ἔφη πρὸς τὸν ἀδελφὸν, μέμνησο ὅτι τῆς μὲν διαστάσεως σὺ ἦρξω, τῆς δὲ διαλύσεως ἐγώ.* — Diogen.

etiam eas res pertulit, quae viro liberaliter educato indignae videntur [1]. Denique vehementissimus, quo libertatem amplectebatur, amor eum ad immoderatam quandam vivendi licentiam perduxit, qua quum alia virtutis praecepta, tum patriae amorem videtur neglexisse [2]. Quid quod ex eodem libertatis studio

---

L. II. 82. Ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην, μετ' οὐ πόλυ, Οὐ διαλλαχθησόμεθα, οὐ παυσόμεθα, εἶπε, ληροῦντες; ἀλλὰ ἀναμενεῖς, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαλλάξῃ; καὶ ὅς Ἀσμένως, ἔφη. Μνημόνευε τοίνυν εἶπεν ὁ Ἀρίστιππος, ὅτι σοι πρότερος πρεσβύτερος ὢν προςῆλθον. Καὶ ὁ Αἰσχίνης Εὖγε, νὴ τὴν Ἥραν, εὐλόγως εἶπας· ἐπεὶ πολλῷ μου βελτίων ὑπάρχεις. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχθρας, σὺ δὲ φιλίας ἄρχεις. — Plutarch. de profect. in virtut. 9. Ἐδήλωσε δὲ Ἀρίστιππος ἔν τινι λόγῳ καταςοφισθεὶς ὑπ' ἀνθρώπου τολμὰν ἔχοντος, ἄλλως δὲ μανικοῦ καὶ ἀνοήτου, χαίροντα γὰρ αὐτὸν ὁρῶν καὶ τετυφωμένον· Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὁ ἐλεγχθεὶς ἄπειμι σοῦ του ἐλεγξάντος ἥδιον καθευδήσων.— Diog. L. II. 70. Λοιδοροῦντος πότε ἀνεχώρει, τοῦ δ' ἐπιδιώκοντος εἰπόντος· Τὶ φεύγεις; Ὅτι, φησὶ, τοῦ μὲν κακῶς λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις, τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ. coll. Stobaei Floril. 19.6. Ἀριστίππου λοιδοροῦντος αὐτόν τινος, τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ. — XX. 63. Ἀρίστιππος ὁ Κυρην. φιλόσοφος θεασάμενος τινα ὀργιζόμενον, καὶ διὰ τῶν λόγων χαλεπαίνοντα, ἔφη μὴ τοὺς λόγους διὰ ὀργῆς ἄγωμεν, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν διὰ τῶν λόγων καταπαύωμεν. XXXVII. 25. Ἀρίστιππος ἐρωτηθείς τι θαυμαστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ· ἄνθρωπος ἐπιεικής, εἶπε, καὶ μέτριος, ὅτι ἐν πολλοῖς ὑπάρχων μοχθηροῖς οὐ διέστραπται. Gregor. Nazianz. Jamb. 18. 323. τὸ δ' εὐχάριστον τοῦ τρόπου καὶ στώμυλον κ. τ. λ. 308. τὶ δ' Ἀρίστιππος, τὸν δ' ἥδιστον λέγω.

1) De hac re postea disputabimus.

2) Ἐλευθερίας ἥπερ μάλιστα πρὸς εὐδαιμονίαν ἄγει. (Xen.

nonnunquam etiam *πολυτέλεια* illa procreata videtur, qua maximam saepenumero pecuniam per luxuriam effudisse atque dissipasse dicitur. Etenim quum semper id spectaret, ut „res sibi, non se rebus subjun-

---

Mem. II. 1. 11.) Quae verba quum ab ipso Aristippo ita explicarentur, ut mediam illam, qua libertas compararetur, viam neque cum imperio, neque cum servitute conjunctam esse diceret: jam Socrates metuebat, ne hac via ab omni hominum commercio separaretur. Quae Socratis verba optime cum iis consentiunt, quae ab ipso Aristippo pronuntiata dicuntur. *Ἀλλ' ἐγώ τοι, ἔφη, οὐδ' εἰς πολιτείαν ἐμαυτὸν κατακλείω, ἀλλὰ ξένος πανταχοῦ εἰμί.* Cf. Plut. virtut. doceri posse. 2. *Ὁ Ἀρίστιππος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος· Πανταχοῦ σὺ ἄρα εἶ; γέλασας, οὐκοῦν, ἔφη, παραπόλλυμι τὸ ναῦλον, εἴγε πανταχοῦ εἰμί.* Sed de hac sentiendi ratione, qua Aristippus patriam repudiasse, mundique civem se putasse videtur, cf. Hermann, hist. ph. Plat. p. 84. not. 3. (quo loco „Theodorus“ pro Aristippo legendum videtur) Bernhardy hist. liter. Graec. p. 42. 3. ed. 2. Posthumus de Cratete Cynico p. 19. not. 54. — Sed idem libertatis studium etiam ex illa Aristippi voce cognoscitur, quae apud Plutarchum (in Hesiod. 9) legitur: *Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς ἔλεγε συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προςαιτεῖν.* Neque enim Menagius probandus, qui his verbis eandem sententiam expressam putat, quae apud Diog. L. II. 70 legitur: *Ἄμεινον, ἔφη, ἐπαίτην ἢ ἀπαίδευτον εἶναι.* Nam quum Aristippus illis verbis eum laudet, qui nullius vel adjumento vel auctoritate nititur: hoc tamen loco pecuniam tantum valere negat, quanti sapientia aestimanda sit. Quod quum per se patet, tum illis, quae sequuntur, verbis confirmatur: *οἱ μὲν γὰρ χρημάτων, οἱ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δέονται.*

geret" [1]), divitiis non sine imprudentia usus videtur.

---

1) Horat. ep. I. 1. 18.

Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor,
Et mihi res, non me rebus subjungere conor.

Qui locus ita a „commentatore" Horatiano (apud Cruquium) explicatur: „hoc est, philosophus sum, et rebus utor, ita ut iis imperem, non autem ut eis serviam, ut avarus". Quod quum statueret Aristippus bene perspexisse videtur, quam parvi divitiarum possessio aestimanda esset. (Vitruv. de archit. VI. praef. 1 „ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio una possent enatare. Galen. Tom. I. p. 8. ed. Kühn. *ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει.* Joann. Damascen. in Appendic. Florentina Stobaeus. ed. Gaisford. IV. p. 428. *Ἀρίστιππος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι, ἅ τινα αὐτοῖς καὶ ναυαγήσασι συνεκκολυμβήσει.* — (cf. Demetr. de eloc. 296.)) Etenim non solum eos vituperabat, qui his rebus nimis dediti videbantur, (Plut de cupid. divit. 3. *Τοὺς δὲ μηδὲν ἀποβάλλοντας, ἔχοντας δὲ πολλά, πλειόνων δὲ ἀεὶ δεομένους, ἔτι μᾶλλον θαυμάσαιεν ἄν τις, τοῦ Ἀριστίππου μεμνημένος. Ἐκεῖνος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μέν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρούμενος δὲ μηδέποτε πρὸς τοὺς ἰατροὺς βαδίζει, καὶ πυνθάνεται τί τὸ πάθος, καὶ τίς ἡ διάθεσις, καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγείη, εἰ δέ τις ἔχων πέντε κλίνας, δέκα ζητεῖ, καὶ κεκτημένος δέκα τραπέζας ἑτέρας συνωνεῖται τοσαύτας, καὶ χωρίων πολλῶν παρόντων καὶ ἀργυρίου οὐ γίνεται μεστός, ἀλλ' ἐπ' ἄλλα συντέταται καὶ ἀγρυπνεῖ καὶ ἀπλήρωτός ἐστι πάντων, οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος καὶ δείξοντος, ἀφ' ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν;* —) sed etiam ipse eas, quum tempus ita ferret, fortiter prudenterque dimittebat. (Diog. L. II. 77. *Πλέων ποτὲ ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικὸν λαβὼν τὸ χρυσίον ἠρίθμει· ἔπειτα εἰς θάλατταν ὡς μὴ θέλων παρακατί-*

Quae quum ita sint, Cicero de Aristippo rectissime

βαλε, καὶ δῆθεν ἀνῴμωξεν· οἱ δὲ καὶ ἐπειπεῖν φασι αὐτὸν ὡς ἄμεινον ταῦτα δι' Ἀρίστιππον ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι. Suidas.: ἐπιβουλευόμενος δὲ ἐν πλῷ δι' ἃ ἐπήγετο εἰς τὴν θάλασσαν ἐξέβαλεν αὐτά. ἡ γὰρ τούτων, ἔφη, ἀπώλεια ἐμοὶ σωτηρία. Sed eadem res jam a Cicerone significatur: „Pecuniam in mare dejicere inutile. At non eo consilio, quo Aristippus fecit" de invent. II. 58. Ausonius Idyll. 3. p. 156. ed. Bipont.:

Spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum,
Aurea non satis est Lydia tota Midae.

Deinde recte Menagius ad L.: „Emendandus ex Laertio Stobaeus (LVII. 13): Ἀρίστιππος λέγοντος αὐτῷ τινος, διά σε ἀπόλωλεν ὁ ἀγρός· οὐκοῦν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸν ἀγρὸν ἢ διὰ τὸν ἀγρὸν ἐμέ. Lege ἀπολ. τὸ ἀργύριον — δι' ἐμὲ τὸ ἀργυρ. — διὰ τὸ ἀργυρ. ἐμ. — Neque enim hic Stobaei locus ad alteram illam narrationem referendus videtur, ex qua quanta animi tranquillitate Aristippus praeditus fuerit, colligere debemus. Plutarch. de anim. tranq. 8. Ὁ δὲ Ἀρίστιππος οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ἀγαθὸς ὥςπερ ἐπὶ ζυγοῦ, πρὸς τὰ βελτίονα των ὑποκειμένων ἐξαναφέρειν καὶ ἀνακουφίζειν αὐτόν· χωρίον οὖν ἀπολέσας καλὸν ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προςποιουμένων συναχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν. Οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἕν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται, συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, Τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα.) Quamvis autem hanc ob animi tranquillitatem Aristippus laudandus videatur, altera tamen res, quae cum ea conjuncta fuisse videtur, nullo modo probari potest. Nam quum etiam tum divitias parvi aestimasse videatur, quum voluptates sibi comparare vellet: saepissime propter magnam, quam in libidinibus explendis consumpsisset, pecuniam vituperatus est. Nam Aristippum jam a Platone hanc ob rem vituperatum

statuere videtur, quam de eo idem, quod de So-

---

esse, testantur Sotio et Hegesander (ap. Athen. IIX. 343): *ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρίστιππος ὁ Σωκρατικὸς ὀψοφάγος ἦν· ὅστις καὶ ὑπὸ Πλάτωνός ποτε ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῇ ὀψοφαγίᾳ, ὥς φησι Σωτίων καὶ Ἡγήσανδρος. γράφει δὲ οὕτως ὁ Δελφός· Ἀρίστιππος Πλάτωνος ἐπιτιμήσαντος αὐτῷ, διότι πολλοὺς ἰχθῦς ἠγόρασε, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι. τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν ἠγόρασα τοσούτου· ὁρᾷς οὖν, εἶπεν, ὦ Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐγὼ ὀψοφάγος, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.* Cf. Diog. L. II. 75. *πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ πολυτελῆ ὀψωνίαν, ἔφη, Σὺ δ' οὐκ ἂν τριωβόλου ταῦτ' ἐπρίω; ὁμολογήσαντος δέ, οὐκέτι τοίνυν, ἔφη, φιλήδονος ἐγώ, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.* Et II. 66. *Τοῦτον φασί ποτε κελεῦσαι πέρδικα πεντήκοντα δραχμῶν ἐωνηθῆναι. Αἰτιασαμένου δέ τινος, Σὺ δ' οὐκ ἄν, εἶπεν, ὀβολοῦ τοῦτον ἐπρίω; Ἐπινεύσαντος δέ, Τοσοῦτον, ἔφη, ἐμοὶ δύνανται αἱ πεντήκοντα δραχμαί.* — Horat. Sermon. 2. 3. 99

quid simile isti
Graecus Aristippus? qui servos proiicere aurum
In media jussit Libya; quia tardius irent
Propter onus segnes. Uter est insanior horum?

Quem ad locum commentator Cruquianus narrat, Aristippum illud aurum a rege quodam Mauritaniae accepisse (p. 435. ed. Antv. 1579). Lambinus autem vituperandus, qui et Ciceronis locum (de invent. II. 58) et Diog. Laert. locum (VI. 87) cum verbis Horatianis comparat, quamvis neuter satis aptus videatur. Sed eadem res a Bione narrata est: *Τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον, καὶ βαρυνομένου — ὥς φασιν οἱ περὶ τὸν Βίωνα ἐν ταῖς διατριβαῖς — Ἀπόχει, ἔφη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε.* Sed cf. p. 41 n. 2. — Diog. L. II. 68. *Ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν, εἰ τοῦτ', ἔφη, φαῦλόν ἐστιν, οὐκ ἂν ἐν ταῖς τῶν θεῶν ἑορταῖς ἐγίνετο.* II. 69. *Ὀνειδιζόμενος κ. τ. λ.* II. 76. *Πολυξένου κ. τ. λ.*

crate habet, judicium pronuntiet: „Nec", inquit, „quemquam hoc errore duci oportet, ut si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur" [1]).

Neque vero hanc ob rem omnia, quae in Aristippum collata sunt, crimina dissolvere atque repulsare conabor. Nam una certe res, quae ab Aristippo commissa est, nullo modo excusari potest. Quae qualis sit, nemini incertum esse potest. Etenim satis inter omnes constat, Aristippum a primis pueritiae temporibus usque ad vitae finem id maxime spectasse, ut voluptatem sibi omnibus in vitae conditionibus compararet [2]). Sed quemadmodum hac in

---

1) De off. I. 41.

2) Xenophon. Memor. II. 1. *γνοὺς δέ τινα τῶν συνόντων ἀκολαστέρως ἔχοντα πρὸς τὰ τοιαῦτα* (§. 1). Quae verba utrum ad alium Socratis discipulum, an ad Aristippum referenda sint, dubitari non potest (vide Orelli. ep. Socr. p. 234). Nam ipse Aristippus fatetur: *ἐμαυτὸν τοίνυν τάττω εἰς τοὺς βουλομένους ἢ ῥᾷστά τε καὶ ἥδιστα βιοτεύειν* (§. 9). Deinde: *πονεῖν μὲν μηδὲν ἐθέλοντα, τῇ δὲ πολυτελεστάτῃ διαίτῃ χαίροντα* (§. 15).

Ἄλεξις ap. Athen. XII. 544. *μᾶλλον δὲ πρωτεύων ἁπάντων τῶν*
τότε ἀκολασίᾳ τε τῶν γεγονότων διαφέρων

Ὁ δὲ Τίμων παρέφαγεν ὡς θρυπτόμενον, ουτωσί πως εἰπών

re a magistri exemplo descivisse videtur, ita etiam

Οἷα Ἀριστίππου τρυφερὴ φύσις ἀμφαφόωντος ψεύδη (apud Diog. L. II. 66).

Plutarch. de vita et poësi Homeri B. 150. ταύτην τὴν εἰκόνα τοῦ βίου παραλαβὼν καὶ πενίᾳ καὶ πόνοις συνηνέχθη ἐῤῥωμένως, καὶ ἡδονῇ ἀφειδῶς ἐχρήσατο.

Luciani Βίων πρᾶσις. 12. (ʽΕΡΜ.) βίος οὗτος ἡδύς, βίος τρισμακάριστος Τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἁβρότατον; (ΩΝ.) Τὶς ἂν εὐφρονῶν πρίαιτο διεφθαρμένον οὕτω καὶ ἀκόλαστον (ἀνδράποδον); (ʽΕΡΜ.) — καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας. — — τὸ δὲ κεφαλαῖον τῆς προαιρέσεως — πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὴν ἡδονήν. Sed confer universam illam descriptionem, qua nihil fere pulchrius inveniri potest. — Δὶς κατηγορ. 23 ubi primum quidem Virtus ait: ἐμός ἐστιν Ἀρίστιππος, ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα; postea autem Voluptas: ἐμὸς ὁ ἀνήρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων κ. τ. λ.

Aristocles apud Euseb. Praep. evang. 764. a. Ἦν δ' ὁ Ἀρίστιππος ὑγρὸς πάνυ τὸν βίον καὶ φιλήδονος. Nam Gaisfordius recte statuisse videtur, non solum ea quae sequuntur, sed etiam haec, quae a nobis allata sunt, Aristoclis esse.

Clemens Alexandr. Paedag. II. 176. d. ἁβροδίαιτος ἦν ὁ Ἀρίστιππος.

Diogen. Laert. II. 66. ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων. Atque idem inter Aristippi scripta affert πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας, ὅτι κέκτηται οἶνον παλαιὸν καὶ ἑταίρας, ὅτι πολυτελῶς ὀψωνεῖ.

Athenaeus XII. 544. a. Ὡμολόγησε δ' αὐτοῦ τῷ δόγματι καὶ ὁ βίος, ὃν ἐβίωσεν ἐν πάσῃ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ μύρων καὶ ἐσθήτων καὶ γυναικῶν.

Epiphanius adv. haeret. 3. 2. Ἀριστ. ὁ Κυρηναῖος, οὗτος γαστρίμαργος ὢν καὶ φιλήδονος. Theodoretus. Graec. aff. c. X. ἀνειμένον καὶ ἁβροδίαιτον βίον. Hesych. et Suidas

aliis in rebus [1]) vehementer a Socratis agendi ra-

τὰς ἡδονὰς μὲν μετεδίωκε κ. τ. λ. Suid.: ἐν πᾶσι τὴν ἡδονὴν ἀσπασάμενος. Itaque mirari non possumus, quod posteriobus temporibus, quisquis voluptati deditus videbatur, alter Aristippus nominatus sit, ut Arcesilaus a Diogene Laertio (IV. 40). Rufinus ab Hieronymo (in Apolog. II. p. 164. ed. Fabr.), a quo ipse Aristippus inter „pecudes philosophorum" refertur (in Ecclesiast. IX). Sed Aristippi et morum facilitas et voluptatis studium a Goethio eleganter indicari videtur, quum hunc philosophum ita faciat loquentem: „Den rechten Lebensfaden Spinnt Einer der lebt und leben lässt" etc. (Vol. 2 p. 307. ed. Cotta).

1) Inter eas res, quae quamquam philosopho indignae habebantur, ab Aristippo tamen commissae erant, etiam illud referebatur, quod saepius unguentis uteretur. Quam rem ita excusare conatus est, ut unguenta per se turpia esse negaret, nisi quis imprudenter iis uteretur. Quid quod animalium exemplo demonstrare studebat, eorum usum non solum excusandum, sed etiam commendandum laudandumque esse (Seneca d benef. VII. 25 Aristippus aliquando delectatus unguento: Male, inquit, istis effeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt. Clemens Alex. Paedag. p. 179. b. Ἀρίστιππος γοῦν ὁ φιλόσοφος χρισάμενος μύρῳ· Κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι χρῆναι τοὺς κιναίδους ἔφασκεν, τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβληκότας. p. 176. d. Οἶδα καὶ τὰ Ἀριστίππου τοῦ Κυρηναίου. ἁβροδίαιτος ἦν ὁ Ἀρίστιππος· σοφιστικὸν οὗτος ἠρώτα τινα τοιοῦτον λόγον· Ἵππος μύρῳ χριόμενος εἰς τὴν ἵππου ἀρετὴν οὐ βλάπτεται, οὐδὲ κύων μυρισθεὶς εἰς τὴν κυνὸς ἀρετήν· οὐδ' ἄνθρωπος ἄρα ἐπήγαγεν καὶ συνήγαγεν. Ἀλλ' ἵππῳ μὲν καὶ κυνὶ οὐδεὶς λόγος τοῦ μύρου κ. τ. λ. Diog. Laert. II. 76. Πρὸς Χαρώνδαν εἰπόντα — οἱ δὲ πρὸς Φαίδωνα — Τίς ὁ μεμυρισμένος; ἐγὼ, φησὶν, ὁ κα-

tione abhorrebat. Etenim quum Socrates familiaribus nulla mercede sui copiam impertiret, Aristippus pretium institutionis a discipulis poscebat [1]). Quod

κοδαίμων, καμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ Περσῶν βασιλεύς. Ἀλλ' ὅρα μὴ ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων παρὰ τοῦτό τι ἐλαττοῦνται, οὕτως οὐδ' ἂν ἄνθρωπος. Κακοὶ κακῶς δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῶν ἄλειμμα διαβάλλουσιν. Sed praeter hos nonnulli alii scriptores indicaverunt, Aristippum unguentis usum esse: Lucian. βίων πρᾶσις. 12. Ὅσον δὲ καὶ ἀποπνεῖ μύρων. Νεκρ. διαλ. 20. 5. Ἀλλ' ἑώρακας οἷος ἧκε παρά σοι Ἀρίστιππος — ἀποπνέων μύρου. — Δὶς κατηγ. 23. ΤΡυφή. ἐμὸς ὁ ἀνὴρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ — τῶν μύρων. Maxim. Tyr. diss. VII. p. 125. μύροις χριόμενος. Athenaeus XII. 544. ἐν πάσῃ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ μύρων. Pseudoaristipp. ep. 9. Πῶς γὰρ οὐ μέλλομεν κακοδαιμονεῖν ἀλειφόμενοί τινι τῶν εὐωδεστάτων μύρων. — Gregor. Nazianz. Iamb. 18. 322. μύρων γὰρ ὄζων συμποτῶν κατέπνεε.

1) Memorab. I. 2. 60. ὧν τινες μικρὰ μέρη παρ' ἐκείνου προῖκα λαβόντες, πολλοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπώλουν, καὶ οὐκ ἦσαν ὡς ἐκεῖνος δημοτικοί. τοῖς γὰρ μὴ ἔχουσι χρήματα διδόναι οὐκ ἤθελον διαλέγεσθαι. Quo loco Aristippum significari Ruhnkenius (ap. Schneider. p. 295) Schneiderus (p. 32) Ritterus (Hist. ph. II. p. 90 n. 2) cum Prellero (Hist. ph. Gr. R. ex font. l. c. p. 160 n. a) statuerunt. Xenophontis verbis autem ea videntur originem debere, quae leguntur in epist. Socrat. 1. οὔτε ἀργύριον εἰςπράττω, ὅπερ ἄλλοι τέ τινες πρότερον ἐποίησαν, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἔνιοι ποιοῦσιν. — Alexis ap. Athen. l. l.

τούτῳ τάλαντον δοὺς, μαθητὴς γίνεται ὁ δεσπότης.

Phanias ap. Diog. L. II. 65. Οὗτος σοφιστεύσας — ὥς φησι Φανίας ὁ περιπατητικὸς ὁ Ἐρέσιος — πρῶτος τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς εἰςεπράξατο. (Cf. Suidam apud quem eadem leguntur.)

quum faceret, quum ab aliis tum a Socrate vehementissime vituperatus est. Atque haud scio an nobis quum propter alias, quae de Aristippo traduntur, res, tum propterea quod doctrinam non erubescebat ad illiberalem quaestum referre, statuendum sit, Aristippum haud prorsus alienum ab avaritia fuisse [1]). Nam quamvis ipse prae se ferret, se nullo alio consilio institutionis pretium a discipulis exigere, nisi ut eos doceret, quibus in rebus pecunia consumenda esset [2]), et quamvis ipse sibi nullo modo a Socratis exemplo descivisse videretur [3]): Socrates

---

Quae verba ex illo, quem Phanias de Socraticis confecit libro desumta videntur, nisi forte hic libellus pars majoris illius habendus est, qui *περὶ φιλοσόφων* inscribebatur (v. C. Muelleri Fragment. Hist. Gr. Vol. II. p. 299). — Plutarch. de lib. ed. 7. (vid. p. 29 n. 2) ubi quae narrantur, eodem fere modo etiam apud Diogen. Laert. II. 72 leguntur: *Συνιστάντος τινος αὐτῷ υἱὸν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμάς. Τοῦ κ. τ. λ.* etsi de Isocrate a Pseudoplutarcho traduntur. (Vitae X orat.)

1) Praeter ea quae postea afferentur v. Stobaeum floril. 94. 32. *Οὐχ ὥςπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον δύσχρηστον οὕτω καὶ ἡ πλείων κτῆσις. Τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει, τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι, κατὰ καιρὸν ἐξέστι καὶ μέρει.*

2) Diog. L. II. 72. *Ἀργύριον εἶπε παρὰ τῶν γνωρίμων λαμβάνειν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι εἰδεῖεν, εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις.* Cf. Hesych. Miles.

3) Ibid. 74. *Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὢν, ἀργύριον λαμβάνει· Καὶ μάλα, εἶπε, καὶ γὰρ Σωκράτη, πεμπόντων αὐτῷ τινῶν καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα,*

tamen eum ob avaritiam videtur vituperasse [1]). Quod si recte a Phania Peripatetico, et a Diogene Laertio traditum est, constat ab Aristippo jam eo tempore, quo Socrates in vivis erat, scholam quandam institutam aut certe discipulos eruditos esse [2]).

Jam vero restat, ut duas, quae de Aristippo traditae sunt, narrationes diligentius tractemus. Primum igitur Plato sermones in Socratis carcere habitos, fugaeque suasionem ab Aeschine ad Critonem transtulisse narratur [3]). Quod ut faceret, nulla alia

---

τὰ λοῖπα ἀπόπειν. Εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους τῶν Ἀθηναίων, ἐγὼ δὲ Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον. Cf. Hesychium, qui eadem habet, sed more suo corrupta. Nam quid sibi illa verba velint: *Εὐτυχίδᾳ δὲ ἀργυρωνήτῳ ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι κ. τ. λ.*) nemo intelliget, nisi qui Diogenis locum legerit.

1) Phanias ap. Diog. L. II. 65. *Καί ποτε πέμψας αὐτῷ μνᾶς εἴκοσι, παλινδρόμους ἔλαβεν, εἰπόντος Σωκράτους τὸ δαιμόνιον αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπειν. ἐδυσχέραινε γὰρ ἐπὶ τούτῳ.* Nam etiam haec Phaniae verba sunt, ut recte videtur Muellero. l. l. Quae autem a Menzio (p. 11. k. et 55. aaa. Cf. Brucker. p. 586 not. r) de hac narratione disputata sunt, stultissima videntur. — Diog. Laert. II. 80. *Ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ χρηματισαμένῳ φησὶ Σωκράτης· Πόθεν σοι τοσαῦτα; καὶ ὅς· ὅθεν σοὶ τὰ ὀλίγα;* quem locum Menagius male intelligit, quum vocab. *αὐτῷ* Dionysium significari patet. Quod quam perversum sit, omnes vel me tacente intelligent.

2) Idem indicatur verbis Pseudosocratis quae antea a nobis allata sunt (vid. p. 44 n. 2).

3) Diog. L. II. 60. *Τοῦτον ἔφη Ἰδομενεὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ*

causa commotus fuisse dicitur, nisi quod Aeschines magis quam Crito ab Aristippo diligeretur [1]. Sed tantum abest, ut Idomeneo, cui haec verba apud Diogenem Laertium tribuuntur, fidem habeam, ut tota res mihi ab Epicureo ad Socraticorum memoriam depravandam inventa videatur. Quis enim credet, divinum Academiae auctorem tanta invidia repletum fuisse, ut non solum Aristippum maximo odio prosequeretur, sed ne iis quidem parceret, qui cum hoc amicitia conjuncti erant. Accedit, quod auctoritas Idomenei haud gravis habenda est. De quo „Socraticorum calumniatore" [2] Luzacius recte videtur judicare, quum haec pronuntiet: „Sectae suae consuetudinem Idomeneus secutus est, et ita fieri non potuit, quin Socratem Socraticosque maledictis

---

συμβουλεῦσαι περὶ τῆς φυγῆς Σωκράτει καὶ οὐ Κρίτωνα, Πλάτωνα δὲ ὅτ' ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος, Κρίτωνι περιθεῖναι. III. 36. *Τούς τε λόγους, οὓς Κρίτωνι περιτέθεικεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ περὶ τῆς φυγῆς συμβουλεύοντι, φησὶν Ἰδομενεὺς εἶναι Αἰσχίνου· τὸν δ' ἐκείνῳ περιθεῖναι διὰ τὴν πρὸς τοῦτον δυσμένειαν.*

1) Ita enim utrumque Diogenis locum explicandum puto. Nam etsi verba *διὰ τὴν πρὸς τοῦτον* per se dubia et obscura videri possunt, tamen, quid sibi velint, ex altero loco cognoscitur.

2) Verba sunt Car. Frid. Hermanni (de Aeschinis reliq. p. 5. n. 1). Sed de omnibus hujus generis calumniis, quid sentiendum sit, Luzacius et Boeckhius nos docuerunt.

figeret, talia de iis ad posteros tradens, quae non-nisi indecora videantur. Nihil saltem, neque apud Diog. Laertium neque apud Athenaeum ex Idomeneo petitum legitur, quod aut Socrati aut Socratico alicui non quandam adspergat labem". (De digamia Socrat. p. 113. cf. ea quae sequuntur.) Quae quum ita sint, illis Idomenei verbis nihil tribuendum videtur [1]).

Neque vero idem de altera illa narratione statuendum videtur, qua Aristippus notissimo illo Phaedonis loco vituperari dicitur [2]). Etenim haec res non

---

1) Cf. Stallbaum. edit. p. 147. Hermann. hist. ph. Plat. p. 633 n. 383. Steinhart. vers. p. 323. 5. Schleiermacher. Vol. 1. 2. p. 236. qui non prorsus eandem, quae a nobis proposita est, sententiam protulit.

2) Phaedo. p. 59. *Ἐχ. τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; Φαιδ. Οὐ δῆτα, ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι.* **Demetrius Phal.** qui dicitur *περὶ ἑρμηνείας* 288. *Εὐπρεπείας μὲν, οἷον ὡς ὁ Πλάτων Ἀρίστιππον καὶ Κλεόμβρ. λοιδορῆσαι θέλησας, ἐν Αἰγίνῃ ὀψοφαγοῦντας δεδεμέναι Σωκράτους Ἀθήνησιν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, καὶ μὴ διαπλεύσαντες ὡς τὸν ἑταῖρον καὶ διδάσκαλον, καίτοι οὐχ ὅλους ἀπέχοντας διακοσίους σταδίους τῶν Ἀθηνῶν. Ταῦτα πάντα διαῤῥήδην μὲν οὐκ εἶπεν, λοιδορία γὰρ ἦν ὁ λόγος εὐπρεπῶς δέ πως τόνδε τὸν τρόπον. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὁ Φαίδων τοὺς παρόντας Σωκράτει, καὶ καταλέξας ἕκαστον, ἐπανερωτηθεὶς, εἰ καὶ Ἀρίστιππος καὶ Κλεομβρ. παρῆσαν, οὔ φησίν, ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἦσαν. πάντα γὰρ τὰ προειρημένα ἐμφαίνεται τῷ ἐν Αἰγίνῃ ἦσαν, καὶ πολὺ δεινότερος ὁ λόγος*

solum optime cum moribus Aristippi consentit, sed etiam ad meliorem auctorem redit, quam ea, de qua locuti sumus. Sed quamquam verisimile est, Aristippum a Platone vituperatum esse, quod morituro magistro non adfuisset, sed voluptatis causa ad insulam Aeginam sese contulisset: tamen tantum abest, ut Plato (hanc ob rem) Aristippum calumniatus esse videatur, ut hujus agendi rationem, quamquam per se turpissima erat, humanissime memorasse

---

δοκεῖ, τοῦ πράγματος αὐτοῦ ἐμφαίνοντος τὸ δεινόν, οὐχὶ τοῦ λέγοντος. Τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἀρίστιππον καὶ λοιδορῆσαι ἴσως ἀκινδύνου ὄντος, ἐν σχήματι ὁ Πλάτων ἐλοιδόρησε. — Diog. L. III. 36. εἶχε δὲ φιλέχθρως ὁ Πλάτων καὶ πρὸς Ἀρίστιππον. Ἐν γοῦν τῷ περὶ ψυχῆς διαβάλλων αὐτόν φησιν, ὅτι οὐ παρεγένετο Σωκράτει τελευτῶντι, ἀλλ' ἐν Αἰγίνῃ ἦν καὶ συνέγγυς. II. 65. Καὶ Πλάτων (ἐκάκισεν αὐτὸν) ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Quae verba Menagius male interpretatur, quum „inde patere" putet „Laertium alia scripsisse praeter φιλόσοφον ἱστορίαν et Pammetrum". Platonis loco ea originem debent, quae apud Pseudoaeschinem (ep. 11) leguntur. Sed auctor epist. 16, quisquis est, dubito num Platonis verba ita intellexerit, ut Demetrio et Diogeni intelligenda videntur. Itaque ne is quidem improbandus erit, qui rem nondum omni dubitatione carere putat. (Wendt. p. 10. Brandis. p. 91. b. c. Hermann. p. 33. cf. Diog. L. II. 76. Ἐρωτώμενος). Accedit, quod facile fieri potest, ut et Demetrius et Diogenes rem, quam narrant, libris aut Idomenei aut similis cujusdam debeat. Quibus quantum tribuendum sit, nemini incertum est.

putandus sit. Etenim si Athenaeo et auctori epistol. Socrat. 16. fides habenda est, Aristippus quum aliis temporibus, tum eo tempore, quo Socrates mortem exspectabat, re vera illa in insula versatus est [1]), cujus incolae propter mollissimam vivendi rationem male audiebant [2]). Quae quum ita sint, Plato nihil prodidit, nisi quod re vera factum est; atque humanitas quandam ea in re intelligitur, quod Aristippi agendi rationem non tam uberius explicavit, quam paucis verbis significavit.

Jam vero ipsa res nos eo deduxit, ut quaerendum videatur, qua mente Aristippus in ceteros Socratis discipulos imbutus fuerit [3]). Etenim multae,

---

1) Athen. XII. 544. *Διέτριβεν ὁ Ἀρίστιππος τὰ πολλὰ ἐν Αἰγίνῃ τρυφῶν· διὸ καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασί φησιν ὅτι πολλάκις ἐνουθέτει αὐτὸν ὁ Σωκράτης. καὶ τὴν ἠθοποϊίαν πλάσας τῆς Ἀρετῆς καὶ τῆς Ἡδονῆς εἰςῆγεν.* 588. *Ἀρίστιππος δὲ κατὰ ἔτος συνδιημέρευε Λαΐδι ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις.*

2) De luxuria Aeginetarum vid. Odofr. Muelleri Aeginetica §. 6. ubi etiam verba illa Pseudaristippi *ὥς ἔσμεν* recte explicantur.

3) De Xenophonte haec habet Diog. L. II. 65. *Ξενοφῶν τε εἶχε πρὸς αὐτὸν δυσμενῶς.* (*Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυςμενῶς* Suidas). *Διὸ καὶ τὸν κατὰ τῆς ἡδονῆς λόγον Σωκράτει κατὰ Ἀριστίππου περιτέθεικεν.* Rectius Athenaeus (vid. not. 1.) qui non Xenophontis odium, sed ipsius Aristippi voluptatis studium causam fuisse dicit, cur Socrates illud collo-

quae hac de re apud veteres scriptores leguntur,

---

quium cum Aristippo habuisset. Nam Xenophon videtur, ut ait Wendtius p. 9., "illud colloquium, quod ex memoria refert, neque finxisse, neque cupidius in Aristippum scripsisse." (cf. Hermann. p. 32. "Xenophon's Buch beruht auf wirklichen Erinnerungen"). Itaque Bentleius haud omnino probandus erit, qui illud colloquium "satyram in Aristippum" vocat (dissertat. de epist. Socr. §. 8. cf. Menz praef.; p. 15: "At vero ad haec in historia provocari nequit cet.") Nihilominus viro summo facile concedo, auctorem epist. Socr. 18. "minus commode finxisse," quum Aristippum non solum "Xenophontis hospitio in Scillunte utentem", sed etiam ejus Memorabilia audientem approbantemque" faciat. (cf. Ruhnken. ad Xen. Mem. I. 2. 60. Schneider. ad Mem. II. 1. 1. Minus ea placent, quae Orelli profert. ep. Socr. p. 254). — Venio nunc ad Platonem. Qui quam diversus ab Aristippo fuerit, quum ex iis cognoscitur, quae postea a nobis afferentur (vid. p. 67 not. 1), tum ex varia, quam uterque adversus moriturum Socratem adhibuerunt, agendi ratione. Qui quo tempore mortem exspectabat, Aristippus quidem voluptatibus se dedit. (cf. p. 48 not. 2. seq.), Plato autem tanto dolore affectus fuisse videtur, ut gravissimo quodam morbo corriperetur. Quae quum ita sint, mirum videri potest, quid sit, quod et Aristippus a Platone et Plato ab Aristippo nonnumquam vituperatus sit. Aristot. Rhetor. B. 23. *ἢ ὡς Ἀρίστιππος πρὸς Πλάτωνα ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, ὡς ᾤετο· ἀλλὰ μὴν ὅγ' ἑταῖρος ἡμῶν οὐδὲν τοιοῦτον, λέγων τὸν Σωκράτην.* cf. Sotio. 'et Negesandr. p. 38 n. 1. Neque vero hanc ob caussam aut Plato pro calumniatore invidiosoque homine habendus est — quod facerunt Idomeneus, Demetrius, Hegesander, Diogenes Laertius — aut omnino gravis inimicitia inter utrumque philosophum vide-

narrationes haud satis firmo fundamento nituntur. Quae sententia qualis sit, paucis explicabimus. Primum enim facile concedo, illam quam Aristippus se-

---

tur exstitisse. Quod quemadmodum ab eorum moribus alienum est, ita diserte illa, quae apud Diog. L. II. 67. legitur, Platoni tribuitur, voce refutatur. (cf. p. 71 not. 1). Accedit quod de nonnullis, quae elegantissime pronuntiatae erant, vocibus dubitabatur, utrum Platoni an Aristippo tribuendae essent. (Diog. L. II. 82. et 68. coll. VI. 58). Quid quod Theopompus etiam multa quae in libris Platonis leguntur, ex Aristippi disputationibus desumta putabat. Sed ut ut de his Theopompi verbis, de quibus postea accuratius disputabimus, statuendum erit, utraque res non facile fieri potuisset, si Aristippus et Plato nulla in re inter se consensissent. — Deinde Antisthenes quid cum Aristippo egerit, nemo praeter Suidam et auctorem epist. Socr. 8. et 9. nobis tradidit. Sed quum Suidae verba (ἐπέσκωπτε δ' Ἀντισθένην ἀεὶ διὰ τὴν στρυφνότητα) optime cum utriusque philosophi moribus consentiant: illae epistolae tamen prorsus rejiciendae videntur. De quibus Bentleius rectissime videtur statuisse: "Indignum" inquit, "istorum hominum memoria est existimare, tali eos ratione fuisse jocatos nugatosque" (diss. de ep. Socr. §. 4.). — Neque ea minus incerta sunt, quae de Phaedone et Simone Socraticis illis in epistolis leguntur. Nam praeter haec de Phaedone unus Diogenes Laertius, de Simone nemo veterum scriptorum quidquam tradidit, quod ad Aristippum referendum sit. Sed etiam ea quae apud Diog. L. leguntur, dubitantur, utrum Phaedoni an Charondae tribuenda sint (D. L. II, 76.). Restant denique Aeschines et Diogenes Cynicus, de quibus postea disputabimus.

cutus est, agendi sentiendique rationem a ceterorum Socraticorum ingenio moribusque valde diversam fuisse. Itaque fieri non potuit, quin illi singulis de rebus saepissime inter se dissentirent. Quomodo enim Plato, Xenophon, Cynici, qui quamquam in explicandis sententiis varias rationes secuti sunt, omnes tamen ita consentiebant, ut voluptates fugiendas esse statuerent, — quomodo hi, inquam, satis bene cum Aristippo consentire poterant, a quo constat summum bonum in voluptate positum esse. Neque vero hanc ob caussam Aristippo graves inimicitiae cum ceteris Socratis discipulis videntur intercessisse. Quod quum nonnulli putarent, in Aristippum ejusque aetatem illud transtulisse videntur, quod quamquam recentioribus temporibus ab omnibus fere philosophis commissum est, prorsus tamen ab antiquis illis abhorret. Etenim quod a Peripateticis, Epicureis, aliisque, qui post Aristotelem vixerunt, philosophis haud raro factum est, ut non solum eas, quae a contrariis propositae erant, sententias refellere conarentur, sed etiam ipsos viros omni maledictorum genere vexarent: id nullo modo consentit neque cum moribus Aristippi, quibus nihil facilius atque humanius cogitari potest, neque cum universa illius temporis indole, quo variae a variis hominibus

sententiae sine turpissima illa, qua recentiores affecti erant, invidia pronuntiari solebant. Quae quum ita sint, haud multum omnibus iis narrationibus tribuendum videtur, quibus Aristippus odio quodam a Socraticis aut dissedisse, aut ipse vexatus esse dicitur. „Nam incerta fides omnium fere eorum est, quae in vituperationem ac dedecus praestantissimorum inter antiquos philosophorum narrari, et velut de manu in manum tradi solent.“ (Luzac. lect. Atticae). Accedit, quod praeter has narrationes aliae saepenumero aut apud eosdem aut apud alios scriptores inveniuntur, quae iis prorsus contrariae sunt. (cf. Hermann. p. 32 sq.).

Atque haud scio an novum meae sententiae argumentum ea ex re petendum sit, quod Aristippus post Socratis mortem una cum ceteris discipulis Megaris versatus videtur. Nam quamvis neque Diogeni Laertio neque Pseudosocraticis, ad quorum auctoritatem res redit [1]), magna fides habenda sit, res ta-

---

1) Epist. 16. *ἐπέστειλας δέ μοι, πῶς ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, δεδιότες μή τι κτλ. Καὶ ἅμες οὖν ὡς ἐσμὲν ἐν Αἰγίνᾳ διατελέομες ἐπὶ τοῦ παρόντος. εἶτα δὲ παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα κ.τ.λ.* 21. *οὐ γὰρ πόῤῥω ἐστιν ἰέναι ἐπὶ Μέγαρα.* 29. *ὃς ἐν Μεγάροις ὡμίλει μοι.* Diog. L. II. 62. *Τούτου τοὺς διολόγους ὑπώπτευεν καὶ Ἀρίστιππος. ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ φασι σκῶψαι*

men per se probanda videtur. Neque vero, quamdiu Megaris versatus sit, constat. Nam in eadem epist. Socr. 16. haec leguntur: *εἶτα δὲ παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα, καὶ εἴ τι ἔχοιμες βέλτιον ποιέειν ποιήσομες.* Quibus verbis varia Aristippi itinera significari videntur. Nam etsi haud facile, credimus, illud Aristippi iter, quo Scilluntem ad Xenophontem pervenisse dicitur, re vera factum esse: tamen negare non possumus, Aristippum, antequam Syracusas se contulit, non solum Corinthi, (vid. ea quae de Laïde postea disputabimus) sed etiam in Asia [1]), et fortasse

---

εἰπόντα, πόθεν σοι λῃστὰ, ταῦτα; Neque vero hanc ob caussam res prorsus certa habenda est. Primum enim Diogenis locum ita interpretari possumus, ut Aristippum alio quodam tempore Megaris versatum putemus. Deinde tota illa res, quae a Diogene traditur quum per se, tum propterea, quod ad Idomenei auctoritatem redire videtur (cf. Athen. XIII. 93. Hermann. de Aeschin. p. 7. not. 13.), valde nobis suspecta esse debet. Denique nullam fere epistolarum illarum auctoritatem esse, jam supra demonstravimus.

1) Aristippum in Asia versatum esse, Diogenes Laertius tradidit, qui eum ab Artapherne captum esse dicit. *Διατρίβων ἐν Ἀσίᾳ, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Ἀρταφέρνου τοῦ σατράπου πρὸς τὸν εἰπόντα· Καὶ ὧδε θαῤῥεῖς; Πότε γὰρ, εἶπεν, ὦ μάταιε, θαῤῥήσαιμι ἂν μᾶλλον ἢ νῦν, ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνῃ διαλέξασθαι;* (II. 79.). Quod quando factum sit, Menzius (p. 17. p.) certe definire conatur. Putat enim Aristippum in insula Rhodo versatum, et eo tempore captum esse, quo Artaphernes,

in patria [1]) versatum esse. Nam etiam ea in re sophistarum morem secutus videtur, quod multas, quae tunc patebant, terras civitatesque adiit. Quod eo facilius facere potuit, quum non solum rebus prosperis natus fuisse, verum etiam docendo divitias haud mediocriter auxisse videatur. Atque hae peregrinationes non solum ad ejus ingenium excolendum verum etiam ad ejus mores dissolvendos haud parvam vim habuisse videntur.

Quae res quum a veteribus scriptoribus magis significentur, quam explicentur, statim nobis ad illud

---

quum Caunis obsidione detentis subvenisset, effecit, ut Spartani etiam Rhodum relinquerent. (Ol. 96. 1. cf. Lachmanni Histor. Graec. I. p. 136). Qua de re dubitari potest, quum de naufragio illo, quo Aristippus ad Rhodum pervenisse dicitur, ex uno Vitruvii loco non satis constet. Neque Diogenes Asiam insulae Rhodi loco nominasset, si notissimam illam rem spectasset. Quamquam ne ego quidem negare audeo, Menzii sententiam haud omnino rejiciendam esse. — Quum autem constare videatur, Aristippum in Asia versatum esse: facile eo pervenimus, ut Aristippum hac occasione etiam cum Artabazo convenisse putemus. Etenim non solum Diogenes, sed etiam Sotio et Panaetius librum quendam Aristippi nominant, qui "Ἀρτάβαζος" inscribebatur (D. L. II. 85.). Sed de libris Aristippi postea accuratius disputabimus.

1) Quo tempore Aristippus in patriam rediisse videatur, postea explicabimus.

tempus transeundum erit, quo Aristippus Syracusas pervenisse dicitur.

Primum autem, quum ea, quae de Dionysiis, Syracusarum regibus, tradita sunt, non satis accurate explicata videantur: diligenter perscrutandum videtur, uter singulis in locis intelligendus sit. Quae quaestio quum ab omnibus fere neglecta esset, fieri potuit, ut non solum Menzius (not. ii. cc.) Aristippum Minori tantum Dionysio affuisse putaret, sed etiam Goettlingius, vir doctissimus, talia proferret, quae parum accurate disputata videntur [1]. Aristippum autem utriusque Dionysii consuetudine usum esse, certa veterum scriptorum testimonia demonstrant. Nam quod Luciani Schol. dicit, Aristippum jam Majori Dionysio affuisse — ad Menipp. p. 20. 7. παρῆν Διονυσίῳ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τὴν Σικελίαν κ. τ. λ. (cf. Hermannum de Aesch. rel. p. 7. not. 11.) —,

---

1) Ita enim disputat: "Wenn Plato sich der Gunst des Tyrannen (Dionys. Major. intellig.) nicht dauernd erfreuen konnte, so verstand dies Aristipp desto besser. Wir wissen Nichts von einem Zerwürfnisse der Tyrannen mit diesem Philosophen, der, obgleich zuweilen schlecht behandelt, lange an Dionysius Hofe gelebt hat, mehr um den Tyrannen geistreich zu unterhalten, als um ihn zu bessern" (Disputat. var. Vol. I. p. 370.). Sed aliis in locis (ut p. 366. not. 1.) vir doctissimus accuratius exposuit, uter intelligendus sit.

id etiam illo Hegesandri loco confirmari videtur, quo Antiphon poeta memoratur. Hunc enim, constat, Dionysio Majori affuisse, et ab hoc occisum esse (Plut. de adul. et amico 27.) Itaque res quae ab Hegesandro narrata est, certe ante annum 367. facta esse debet. Contra ad Dionysium Minorem non solum ea referenda videntur, quae apud Plutarchum (vita Dion. 19.) leguntur, verum etiam ea, quae a Luciano traduntur. Nam etsi Scholiasta Majorem intelligendum putat (cf. I. Bekker. index in Lucian.): Minor tamen illis verbis indicari videtur, quibus Dionis mentio fit. Quum enim constet, Dionem cum Majore [1]) humanissime semper egisse: summa tamen inter eum et Minorem exstabat inimicitia. Accedit, quod ea, quae apud Schol. leguntur (*π. γαστέρα τε καὶ τοὺς μαγείρους σοφιστ.*), non tam cum moribus Majoris, quam cum Minoris vivendi ratione consentiunt [2]). Sed ut ut res se habet, satis mihi demon-

1) cf. Goettl. disp. var. p. 367. "Den Dion allein hat er wirklich geliebt, und ihm nie etwas zu Leide gethan, und man kann wirklich sagen, Dion war der gute Genius der Tyrannen" etc. Lachmann. hist. Graeca II. p. 289. "Er war dessen Liebling" seq.

2) De Dionysio Maj. Goettl. (p. 358) ita judicat: "er war im höchsten Grade mässig." Sed de Dion. Min. vid. p. 372. not. 2. Lachmanni hist. Graec. II. p. 288. 297.

strasse videor, Aristippum utriusque tyranni consuetudine usum esse [1]. Quae quum ita sint, Aristippus primum quidem naufragio illo, quod a Galeno memoratum est, Syracusas delatus esse videtur, postea autem sua sponte [2]) ad aulam Dionysii Minoris rediise. Nam ita tantum illud satis facile explicari potest, quod Aristippus quum aliis tum ipsi regi respondisse dicitur, se certo quodam consilio Syracusas pervenisse. Quod fieri non potuisset, si casu tantum ad hanc urbem adductus esset. Quamobrem

---

Quae si recte a viris doctissimis disputata sunt, haud scio an illae narrationes, quibus meretriculae, lauta convivia memorantur, ad Minorem referendae sint. Quamquam ne pater quidem ab omni luxuria alienus erat.

1) Etiam multi alii *Διονυσιοκόλακες* utrique regi affuisse dicuntur, ut Philoxenus (Lachmann p. 284. not. 84.), Damocles, aliique (Goettling p. 364. not. 1.) Accedit quod Aristippus multis in locis non uni tyranno, sed tyrannis affuisse dicitur (*βίων πρᾶσις* 12. Dial. mort. 20. 5).

2) Sed fortasse a tyranno invitatus est, ut Menzius statuere videtur, quum haec Plutarchi verba afferat: "*βουλόμενος δὲ καὶ τὴν εἰς τοὺς φιλοσόφους διὰ Πλάτωνα κακοδοξίαν ἀναμάχεσθαι πολλοὺς συνῆγε τῶν πεπαιδευμένων δοκούντων* (vita Dion. 18). Quod si recte disputatum est, Aristippus non ante annum 365. (cf. Hermann. l. l. Lachmannus (II. p. 293. not. 36.) Platonem anno 363. aut 364. Athenas rediisse putat) ad Minorem Dionysium pervenit. Sed cf. p. 60 not. 1.

etiam tres illae, quae apud Diog. Laert. exstant, narrationes [1]), ad Minorem Dionysium referendae videntur. Jam vero quum propter Plutarchi locum extra omnem dubitationem positum sit, Aristippum anno 361 una cum Platone Syracusis versatum esse: haud scio an ad hunc annum omnes illae narrationes referendae sint, quibus non solum Aristippus, sed etiam Plato Syracusis affuisse dicitur. Quamquam enim sine ulla dubitatione concedo, facile fieri potuisse ut etiam Aristippus illis temporibus Syracusis versaretur, quibus Plato primum (ann. 389) et iterum (ann. 367 — 365 cf. Hermann. p. 63. 65) ad hanc urbem pervenit [2]) rectius tamen res expediri videtur, quam omnia ad illum annum revocemus, quo satis constat, utrumque philosophum Syracusis versatum esse.

1) D. L. II. 77. *Διονυσίου ποτὲ ἐρομένου, ἐπὶ τί ἥκοι; ἔφη, ἐπὶ τῷ μεταδώσειν ὧν ἔχει, καὶ μεταλήψεσθαι, ὧν μὴ ἔχει. Ἔνιοι δ' οὕτως ἀποκρίνασθαι. Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἧκον παρὰ τὸν Σωκράτη· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος παρὰ σὲ ἥκω.* — 80. *Πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι, Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον, παιδείας δεόμενος· πρὸς δὲ Διονύσιον παιδιᾶς.* cf. §. 69. ubi quae vox Aristippo tribuitur, ea a Stobaeo ad Antisthenem refertur. (Floril. III. 46.).

2) Ex Luciani Parasit. fortasse colligere possumus: Aristippum jam ante priorem Platonis adventum Dionysio Minori affuisse.

Nemo autem, qui accurate illas narrationes legerit, negabit, universam, qua Aristippus usus est, agendi rationem Socratis discipulo prorsus indignam fuisse. Quamvis enim omnes et homines et res haud mediocri cum dexteritate tractavisse videatur, multa tamen ab eo commissa sunt, quae non solum a philosophiae dignitate, verum etiam a morum integritate gravitateque aliena sunt. Quod judicium quid sibi velit, breviter explicabimus. Aristippus igitur, qua fuerit dexteritate, optime ex illo Galeni loco [1]) co-

---

1) Galen. Tom. I. p. 8. ed. Kühn. Ἀρίστιππος γοῦν ἐπειδή ποτε πλέων, τοῦ σκάφους ἀπολομένου, ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠιόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάῤῥησε θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν. ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. Ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος· Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν

τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;

προσιόντας τέ τινας ἔσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντα ὅς τις εἴη; καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας εὐθέως. Ὡς δ' εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο, μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει, κελεύειν αὐτοῖς ἔφη ταῦτα κτᾶσθαι κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει. Vitruvius etsi prorsus eandem rem narravit, Aristippum tamen ad Rhodiensium litus ejectum esse tradidit, atque Sophocleos illos versus omisit: De archit. lib. VI. praef. 1. Aristippus philosophus Socraticus naufragio quum ejectus ad Rhodiens. lit. animadvertisset, geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur. Bene speremus! hominum

gnoscitur, quo is naufragio quidem omnibus, quae

---

enim vestigia video, statimque in oppidum Rhodum contendit, et recta gymnasium devenit, ibique de philosophia disputans, muneribus donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam iis, qui una fuerunt, et vestitum et cetera, quae opus essent ad victum, praestaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renunciari: tunc ita mandavit dicere: ejusmodi possessionem et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio una possent enatare. Namque ea vera praesidia sunt cet. . . . . . . Ultima Aristippi vox etiam apud Joannem Damascenum (Appendix Florentina ad Stobaeum ed. Gaisford Vol. 4. p. 428) legitur: Ἀρίστιππος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι ἅτινα αὐτοῖς καὶ ναυαγήσασι συνεκκολυμβήσει. Quum autem ex utroque loco cognoscamus, Aristippum brevi tempore sibi hominum animos conciliasse: haud verisimile est, hoc Aristippi naufragium a Philodemo significatum esse, ut putarunt nonnulli (π. ἠθῶν καὶ βίων fragm. 4. in Vol. Herculan. V. 2). Contra ad hoc naufragium referenda videntur, quae apud Cruquium ad Horat. Epist. I. 17. 23 leguntur: "Laudat Aristippum ex sententia Platonis, qui quum invenisset eum naufragum, vilique indutum vestimento, laudavit eum dicens: omnis color, et status et res decuit Ar. ea scientia praeditum, ut aeque sciret uti parvis ac magnis." Quod si recte a Cruquio narratum est: naufragium ann. 389. (cf. Hermann. p. 63) Aristippo accidit, quum ex patria, ut videtur, profectus esset. Diog. L. II. 67. Διό ποτε Στράτωνα, οἱ δὲ Πλάτωνα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· Σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος. (Strato Lampsacenus quum ca. Ol. 125. 1. ann. 280. floruisse dicatur, nihil cum Aristippo agere potuit. cf. Bernhardy hist. l. G. I. p. 641).

ad vitam sustentandam necessaria sunt, orbatum fuisse, dexteritate autem effecisse dicitur, ut brevi tempore sibi multorum hominum animos conciliaret. Deinde haec dexteritas quum multis vocibus indicatur, quae et elegantissime et prudentissime saepenumero ab eo pronuntiatae sunt [1]: tum summa illa, in

---

1) Elegantissime Aristippus haud raro, quum a tyranno interrogatus esset, videtur respondisse; velut tum, quum hic ex eo quaereret, quo tandem consilio Syracusas pervenisset (vid. p. 60 n. 1). Deinde quum Paridis exemplo se excusaret, quod meretriculam a tyranno accipere nollet (Diog. L. II. 66). Denique Diocles elegantissima illa verba, quae a nonnullis Platoni tribuebantur, ab Aristippo profecta putabat: *Εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου*

Ὅςτις γὰρ εἰς τύραννον ἐμπορεύεται

Κείνου 'στι δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

ὑπολαβών

Οὐκ ἐστὶ δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Sed iidem Euripidis versus a Plutarcho neque Platoni neque Aristippo, sed Zenoni tribuuntur. — Prudentissime autem Aristippus intellexit, fieri non posse, ut ea, quae inter Platonem atque Dionysium exstabat, amicitia diu conservaretur. Plutarch. vita Dion. 19. *Οὕτω δὲ διακειμένων πρὸς ἀλλήλους καὶ λανθάνειν πάντας οἰομένων Ἑλίκων ὁ Κυζικηνός . . . . ἡλίου προεῖπεν ἔκλειψιν· καὶ γενομένης, ὡς προεῖπε, θαυμασθεὶς ὑπὸ τοῦ τυράννου δωρεὰν ἔλαβεν ἀργυρίου τάλαντον. Ἀρίστιππος δὲ παίζων πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοσόφους ἔφη τι καὶ αὐτὸς ἔχειν τῶν παραδόξων προειπεῖν. Ἐκείνων δὲ φράσαι δεομένων "Προλέγω τοίνυν," εἶπεν, "ὀλίγου χρόνου Πλάτωνα καὶ Διονύσιον ἐχθροὺς γενησομένους."* Quem locum

qua cum utroque tyranno fuisse videtur, gratia [1]) confirmatur. Quamvis autem dexteritate non solum Diogenem [2]), verum etiam Platonem [3]) superasse vi-

Hermannus spectare videtur, quum Aristippum "weltklug" vocet (Hist. ph. Pl. p. 65). Denique ipse fatebatur, se hunc maxime fructum ex philosophia cepisse, ut cum omnibus "intrepide fabularetur." Apulej. Florid. extr. coll. Diog. L. II. 68. ubi Men. v.

1) Jam Aristotelis verba: παρὰ τοῖς τυράννοις εὐδοκιμοῦσιν οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι ad Aristippum referenda videntur (Nicom. Eth. X. 6. coll. Ritter. Hist. phil. II. p. 93. not. 2). Lucian. βίων πρᾶσις. 12. ἐδούλευσε δὲ καὶ περὶ Σικελίαν τοῖς τυράννοις καὶ σφόδρα ηὐδοκίμει παρ' αὐτοῖς. Parasit. 33. πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῷ. Deinde Lucianus amicitiam, quae inter philosophum et regem intercedebat, non solum illo loco indicare videtur, quo Justitia apud inferos dicit, Jovem judicium de Aristippo cum judicio Dionysii conjuncturum esse (Δὶς κατηγ. 23), sed etiam altero illo, quo tyrannum propter Aristippi auctoritatem, qua apud inferos fruitur, a crudelissimo supplicio liberatum facit (Menipp. 13). Denique Diogenes Laert. II. 66. Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμοδίως ὑποκρίνασθαι. Διὸ καὶ παρὰ Διονυσίῳ τῶν ἄλλων εὐδοκίμει μᾶλλον ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος.

2) Valerius Max. IV. 3. ext. 4. Idem Syracusis, quum olera ei lavanti Aristippus dixisset: Si Dionysium adulare velles, ista non esses; immo, inquit, si tu ista velles, non adulares Dionysium. Sed eadem res jam apud Horatium (Epist. I. 17. 13) legitur:

deatur: ab utroque tamen et integritate et gravitate

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. "Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat. Utrius horum
Verba probes et facta, doce, vel junior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia; namque
Mordacem Cynicum sic eludebat, ut ajunt,
Scurror ego ipse mihi, populo tu; rectius hoc et
Splendidius multo est. Equus ut me portet, alat rex
Officium facio; tu poscis vilia rerum,
Dante minor, quamvis fers te nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color et status et res
Tentantem majora, fere praesentibus aequum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor vitae via si conversa decebit.
Altera purpureum non exspectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret non inconcinnus utramque;
Alter Mileti textam cane pejus et angui
Vitabit chlamydem, morietur frigore, si non
Rettuleris pannum. Refer et sine vivat ineptus.

Ultima verba, quo spectent, postea explicabimus. — Diog. L. IV. 68. *Πάριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε, καί φησιν· Εἰ ταῦτα ἔμαθες προςφέρεσθαι οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. Ὁ δὲ Καὶ σὺ, εἶπεν, εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες.* Quo loco observandum videtur, aliter rem a Diogene et ab Horatio, aliter a Valerio narrari. Etenim si hunc sequeris: Diogenis modestiam, sin illos: Aristippi dexteritatem admirari debes. At ita res facta videtur, ut a Horatio narratur. Eadem res autem a Diogene Laertio non solum Platoni accidisse dicitur (VI. 58), sed etiam Theodoro et Metrocli tribuitur (II.

morum superatus est. Nam quum id maxime specta-

---

102). Quid quod Commentator Horatian. eam ab Antisthene profectam putat (p. 572 "vel ut alii volunt Antisth."). Quae quum ita sint, cave ne universae narrationi nimium tribuas. Nam ne illud quidem satis constare videtur, etiam Diogenem Syracusis versatum esse. Quod quum ab uno Valerio traditum sit, mirari non possumus, quod neque a Bruckero (in vita Diogenis) neque a Goettlingio (Disputat. variae p. 251) memoratum sit. Lachmannus (Hist. Graec. II. p. 291. not. 19) autem haud omnino probandus videtur, quum hanc rem etiam ex Diog. Laert. VI. 50. colligat. Nam neque ea, quae Diogenes tyranno cuidam respondisse, neque quae de Dionysio pronuntiasse dicitur: multum ad hanc rem confirmandam valere videntur. Deinde haud scio an temporum rationes huic sententiae obstare videantur, si quidem ea recte disputata sunt, quae Goettlingius de aetate Diogenis exposuit. Quamquam facile concedo, id nullo modo a Diogenis ingenio moribusque abhorrere, si quidem Diogenes Laertius (VI. 23) recte narravit, a Cynico et eos laudatos esse, qui regibus servirent, et eos, qui reges adire recusarent. Quod si recte a nobis statuitur, facile eo adducimur, ut illam rem a Diogene Laertio non solum eo, quem Lachmannus adtulit, loco, sed fortasse etiam nonnullis aliis, ut II. 66. significatam putemus. Sed ut ut res se habet: Diogenes et Aristippus haud raro et ab antiquis et recentioribus scriptoribus inter se comparati sunt. Quod non tam propter doctrinam quam propter ingenium, mores vivendique rationem factum videtur. (Fr. Jacobsii Opuscul. p. 403. Sext. Emp. Pyrrh. hyp. A. 150. *ὅταν τὴν τοῦ Διογένους διαγωγὴν ἀντιθῶμεν τῇ τοῦ Ἀριστίππου* Horat.). Neque raro Aristippus Diogeni antepositus est, ut ab Horatio, Maximo Tyrio (*Ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος — οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει. Ὡς-*

ret, ut non solum tyrannis omne voluptatum genus

περ γὰρ εἴτις δύναμιν σώματος παρασκευάσαιτο οὐδὲν ὑπὸ πορὸς λυμαινομένην, ἐθάῤῥει ἄν, οἶμαι, καὶ τῇ Αἴτνῃ αὐτοῦ παραδοὺς τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὅςτις πρὸς ἡδονὴν παρεσκεύασται καλῶς, οὐδὲ ἐν αὐταῖς ὢν θάλπεται, οὐδὲ ἐμπίπραται, οὐδὲ ἐκτήκεται. Dissert. VII. p. 125). Quid quod ipse Diogenes Aristippum non solum vituperasse, sed etiam quodammodo admiratus esse videtur, quum eum non solum "regium canem" appellaret, (Diog. L. II. 66. coll. Hesych. et Suida) sed etiam adhortaretur, ut aut turpem illam vivendi rationem deponeret, aut ipse palam profiteretur, se esse Cynicum (Athen. XIII. p. 588. ἢ κύνιζε οὖν, ὡς ἐγὼ, ἢ πέπαυσο). Atque, quemadmodum his verbis ipse Diogenes testatur, se nonnullis in rebus cum Aristippo consentire, ita viri docti dubitaverunt, utri nonnullae voces tribuendae essent (Diog. L. II. 78. Phavorin. ap. D. L. VI. 25). Quamquam ea certe, quae ultimo loco leguntur, magis cum ingenio Diogenis quam Aristippi consentire videntur, nisi forte Phavorinus dixit, non Platonem sed Aristippum a Diogene vituperatum esse.

Sed redeo ad Horatii verba. Quando igitur ea facta sint, quae ab Horatio significantur, ab ejus interprete autem uberius exponuntur, non satis certe definiri potest. ("Ajunt Aristippum, invitato Diogene ad balneas dedisse opes ut omnes prius egrederentur, ipsum Diogenis pallium induisse, eique reliquisse purpureum; quod Diogenes induere quum nollet, suum repetiit; tum Aristippus increpuit Cynicum famae servientem, qui algere mallet, quam conspici in veste purpurea") p. 572.

3) Sext. Empiricus. Pyrrh. hyp. Γ. 204. καὶ παρὰ Διονυσίῳ δὲ τῷ τῆς Σικελίας τυράννῳ τοιαύτης ἐσθῆτος (i. e. ἀνθοβάφους καὶ ποδήρους)· Πλάτωνι καὶ Ἀριστίππῳ τοῖς φιλοσόφοις προςενεχθείσης ὁ μὲν Πλάτων ἀπεπέμψατο εἰπών

οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν
ἄῤῥην πεφυκώς, (Eurip. Bacch. 827. Herm.)

ὁ δὲ Ἀρίστιππος προςήκατο, φήσας

καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται (ib. 317).

οὕτω καὶ τῶν σοφῶν ᾧ μὲν οὐκ αἰσχρὸν, ᾧ δὲ αἰσχρὸν ἐδόκει τοῦτο εἶναι. — Diog. L. II. 78. Καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προςέσθαι, εἰπόντα "οὐκ — στολήν," τὸν δ' Ἀρίστιππον λαβόντα καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι εὐστόχως εἰπεῖν· "καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

"οὐδ' ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται."

Quae apud Suidam (ed. Bernh.) ita leguntur: καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ προςκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς εἶπεν Εὐριπίδου ἰαμβικά

Οὐκ ἂν δυναίμην κ. τ. λ.
ἄρρην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος

Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ

καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Serenus ap. Stobaeum. Florileg. V. 46. Διονύσιος Ἀρίστιππον ἔπειθεν ἀποθέμενον τὸν τρίβωνα πορφυροῦν ἱμάτιον περιβαλέσθαι· καὶ ἐπείσθη ἐκεῖνος, τὰ αὐτὰ καὶ Πλάτωνα ποιεῖν ἠξίου. Ὁ δὲ ἔφη "οὐκ ἂν δ. θηλ. ἐνδ. στολήν." Καὶ Ἀρίστιππος, τοῦ αὐτοῦ, ἔφη, ἐστὶ ποιητοῦ

καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

(ubi ὁ νοῦς in marg. A. a man. sec. et mox inter lineas ἄῤῥην γεγονὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος). De his verbis cf. Jacobs. exercit. critic. I. p. 154. Wyttenbach. ad Julian. epist. crit. ad Ruhnk. p. 12. De Aelio Sereno vide Jonsium scr. h. ph. IV. §. 43. Voss. Histor. Graec. p. 254.

---

498. ed. Westerm. — Eadem res apud Gregorium Nazianzenum legitur (Iambic. 18), quamquam hic "pejores auctores secutus est" (Elmslei. ad Eurip. l. l.), quum rem apud Archelaum regem accidisse putet. Nam rex, non philosophus a Gregorio intelligi potuit; itaque versio illa Latina probanda, quae Coloniae apud Weidmann. 1590 prodiit quaeque verba *Ἀρχελάου τοῦ σοφοῦ* ita expressit: "Archelao rege." Sed ne rex quidem Archelaus hoc loco ferendus videtur, non solum quod Sextus Emp., Diogenes, Suidas, Serenus rem apud Dionysium accidisse narrant, sed etiam quod Archelaus eodem, quo Socrates, anno mortuus videtur. (cf. Hermann. Histor. ph. Plat. p. 586. coll. O. Abel. Histor. Philippi. p. 194. v. Gent. de Arch. Lugd. Bat. 1834). Sed ipsa Gregor. verba afferenda sunt: *οὕτω ποτέ*

Στολὴν γυναικῶν Ἀρχελάου τοῖς σοφοῖς

(ita enim cum Menagio leg. pro *τοῦ σοφοῦ*)

Οὐκ οἶδ' ὅπως τε καὶ δι' ἣν τὴν αἰτίαν

Δωρουμένου· Πλάτων μὲν οὐ προςήκατο

Ἴαμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν

Ὅδ' ὡς τὸ δώρημ' ἦλθεν εἰς αὐτοῦ χέρας

Φέροντος ἀνδρὸς καὶ προθύμως λαμβάνει.

Καὶ τὴν ἰάμβου κομψότητ' ἰαμβίῳ

(ubi Menag. male *καμψ.*)

Βάλλει, τὸ δ' εἰπών· καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

Οὐδ' ἥγε σώφρ. οὐ δ. Ita enim leg. pro *οὐκ* vel *οὐχ οὐ.* Verba *ὅδ' ὡς κ. τ. λ.* autem ad Aristippum referenda esse, cognoscimus ex iis, quae antecesserunt (*τοῦ δ' ἐκ Κυρήνης*). Sed hanc, quam Aristippus adhibuit, agendi rationem, etsi Plutarchus admiratus videtur, tamen Sextus Empiricus, Tatianus, Tertullianus philosopho indignam habuerunt: Plut. de Alex. M. fort. 8. *Καίτοιγε Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν*

comparararet [1]), sed etiam, (ut) ipse iis fruere-

Σωκρατικὸν ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλάμυδι χρώμενος δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον. cf. Maxim. Tyr. diss. 7. p. 125. *ὁ Ἀρίστ. ἐκεῖνος πορφυρίδι ἀμπισχόμενος — οὐχ ἧττον ἐσωφρόνει.* — Sext. Emp. Pyrrh. hyp. *Α*. 155. *δογματικῇ δὲ ὑπολήψει, ὅταν ὁ μὲν Ἀρίστιππος ἀδιάφορον ἡγῆται τὸ γυναικείαν ἀμφιέννυσθαι στολήν, ἡμεῖς δὲ αἰσχρὸν τοῦτο ἡγώμεθα εἶναι.* — Tatianus adv. Graecos p. 8. ed. Worth.: *Ἀρ. ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ἠσωτεύσατο.* — Tertullian. apolog. adv. gent. 46. Arist. in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur. — Lucian. *βίων πρᾶσις* 12. *τὸν ἐν τῇ πορφυρίδι, τὸν ἐστεφανώμενον.* — *ἱκανὸς καὶ κωμάσαι μετ' αὐλητρίδος. Δὶς κατηγ.* 23. (*ΤΡΥ.*) *ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνήρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων καὶ τῆς πορφυρίδος κ. τ. λ.* — Athenaeus XII. 544. *καὶ ἔφασκεν, ὅτι*

κἂν βακχ.

οὐδ' ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

1) Lucian. *βίων πρ.* 12. *τὸ μὲν ὅλον συμβιῶναι δεξιὸς καὶ συμπιεῖν ἱκανὸς, καὶ κωμάσαι μετ' αὐλητρίδος ἐπιτήδειος ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ δεσπότῃ, τἄλλα δὲ πεμμάτων ἐπιστήμων καὶ ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας* ubi quae significantur, uberius explicantur Parasit. 33. *πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῷ· καὶ γὰρ ἦν πλέοντι τῶν ἄλλων εἰς τὴν τέχνην εὐφυής, ὥςτε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος ὡς παρ' αὐτοῦ μαθησομένους.* Schol. ad Menipp. p. 20. 7. *δεινὸς τὰ περὶ γαστέρα τε καὶ τοὺς μαγείρους σοφιστής· παρῆν Διονυσίῳ* (*τῷ πρεσβύτῃ* cf. p. 58 n. 2) *κατὰ τὴν Σικελίαν, αὔξων αὐτοῦ τὴν τρυφήν κ. τ. λ.* Sed eandem rem jam Alexis significare videtur, quum Populum alias quidem Aristippi artes non didicisse, dicat, sed „artem cibos condiendi enixo studio arripuisse": *καὶ τὴν τέχνην μὲν οὐ πάνυ ἐξέμαθε, τὴν δ' ἀρτυσίαν συνήρπασεν.*

tur[1]): haud raro eam agendi rationem sequebatur, quae

Vide Meinek. fragm. Comic. III. p. 400, qui bene ἀρτυσίαν emend. pro ἀρτηρίαν. — Epiphan. adv. haeret. 3. 2. οὗτος γαστρίμαργος ὢν κ. τ. λ.

1) Lucian. β. π. τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς προαιρέσεως, ἁπάντων καταφρονεῖν, ἅπασι χρῆσθαι, πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὴν ἡδονήν. Athenaeus καὶ τοῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἔχαιρεν. Theodoret. Graec. aff. cur. XI. Συρακουσίαν χλιδήν. — Suid. πίνων ἐνίκα. cf. Lucian.: μὴ ἐνόχλει αὐτὸν, μεθύει γάρ. Itaque a Platone propter luculentissimam vivendi rationem vituperatus est. (Hegesand. ap. Athen. XI. 509. coll. not. 23. Diog. L. II. 69. Ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν ὑπὸ Πλάτωνος, ἔφη, Ἆρα φαίνεταί σοι Διονύσιος ἀγαθός; Τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, Καὶ μὴν, ἔφη, ζῇ ἐμοῦ πολυτελέστερον. Ὡς οὐδὲν κωλύει καὶ πολυτελῶς καὶ καλῶς ζῆν. — Deinde conf. epistol. Socrat. 8. 9. 13. — Aristippus igitur, quum maximas semper et luculentissimas voluptates expeteret, pecuniam haud raro a Dionysio petebat. Plutarch. Dionys. 19. Δωρεὰς δὲ χρημάτων πολλῶν καὶ πολλάκις τοῦ μὲν διδόντος, τοῦ δὲ μὴ δεχομένου παρὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος ἀσφαλῶς ἔφη μεγαλόψυχον εἶναι Διονύσιον· αὐτοῖς μὲν γὰρ μικρὰ διδόναι πλειόνων δεομένοις Πλάτωνι δὲ πολλὰ μηδὲν λαμβάνοντι. Deinde apud Lucianum ipse Aristippus profitetur: πολλοῖς αὐτόν (i. e. τὸν Διονύσιον) τῶν πεπαιδευμένων πρὸς ἀργύριον γενέσθαι δέξιον. Diog. L. II. 78 νῦν δὲ, χρημάτων δεόμενος παρὰ σὲ ἥκω. 82. Ἤιτει Διονύσιον ἀργύριον καὶ ὃς Ἀλλὰ μὴν ἔφης οὐκ ἀπορήσειν τὸν σοφόν· ὁ δὲ ὑπολαβὼν, Δός, εἶπε, καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν. Δόντος δὲ, ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἠπόρηκα. 81. Ἐκδεξάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ Διονυσίου, Πλάτωνος ἄραντος βιβλίον, πρὸς τὸν αἰτιασάμενον Ἐγὼ μὲν γὰρ, εἶπεν, ἀργυρίων, Πλάτων δὲ βιβλίων ἐστὶν ἐνδεής. (cf. Hermann. Hist. ph. Pl. 49. coll. 108.) Suidas. s. v. Aeschines Ἀρίστιππος

nullo modo probari potest. Quid quod Aristippus ne ab humillima adulatione [1]) quidem videtur alienus

— — *οὕτως εἰς τοὺς Διονυσίου κατέδυσαν θησαυρούς, ὡς μόγις ἀνασχεῖν ἐκεῖθεν.* Quae verba desumpta sunt ex Philostrat. Vita Ap. I. 22. — Gregor. Nazianzenus. Jamb. 18. 323. *Τὸ δ' εὐχάριστον τοῦ τρόπου καὶ τὸ στώμυλον Ὁδηγὸν εἶχε λημμάτων.*

1) Aristippi adulatio non solum vocabulis illis significatur, quibus ea, quam cum Dionysio habuit, consuetudo memoratur, (*θεραπεύειν, δουλεύειν*, adulare, servire), sed diserte a nonnullis scriptoribus tradita est. *Καὶ ἐν ἄλλοις δέ φησιν Ἡγήσανδρος Ἀρίστιππος ῥαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπτόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι ὑπὸ τοῦ Ἀντιφῶντος. Εἰ δ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον* (Athen. XII. 544. a.). — Diog. L. II. 67. *Διονυσίου δὲ προσπτύσαντος αὐτῷ ἠνέσχετο. Μεμψαμένου δέ τινος Εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι κράμματι ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω;* cf. Athen. VI. p. 249. *ἀποπτύοντος δὲ τοῦ Διονυσίου, πολλάκις παρεῖχον τὰ πρόσωπα καταπτύεσθαι, καὶ ἀπολείχοντες τὸν σίαλον, ἔτι τὸν ἔμετον αὐτοῦ, μέλιτος ἔλεγον εἶναι γλυκύτερον.* — Schol. ad Lucian. Menipp. p. 20. 7. *αἴσχρότατα παρασιτῶν καὶ κολακεύων πέρα τοῦ μετρίου.* — Accedit quod nonnumquam a Dionysio haud sine superbia videtur tractatus esse. *Ἡγήσανδρος γοῦν φησιν ὡς καὶ ἀδόξου ποτὲ κλισίας παρ' αὐτῷ τυχὼν ἤνεγκεν· ἐρωτήσαντός τε τοῦ Διονυσίου Τί φαίνεται ἡ κατάκλισις πρὸς τὴν χθές; ἔφησε, "παραπλησίαν εἶναι. ἐκείνη τε γὰρ ἔφησεν ἀδοξεῖν τήμερον, χωρισθεῖσα ἐμοῦ· χθὲς δὲ πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη δι' ἡμᾶς. αὕτη δὲ τήμερον καὶ ἔνδοξος γέγονεν, διὰ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, χθὲς δὲ ἠδόξει μὴ παρόντος ἐμοῦ."* (ap. Ath. XII. 544. a.) Diog. L. II. 73. *Ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν*

fuisse. Quae quum ita sint, illud, quod de Aristippo

τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ πυνθάνῃ· τὸ δὲ πότε δεῖ λέγειν σύ με διδάσκεις. Ἐπὶ τούτῳ δὲ ἀγανακτήσαντα τὸν Διονύσιον, ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι· καὶ τὸν, Ἐνδοξότερον, φάναι, τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι. Quemadmodum autem hac in re ita etiam in nonnullis aliis adversus Dionysium summam dicendi libertatem vel impudentiam adhibuit: Stob. Flor. 49. 23. Τοῦ Διονυσίου λέγοντος πρὸς Ἀρίστιππον, οὐδὲν ὠφέλημαι ὑπὸ σοῦ: ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, εἰ γὰρ ὠφέλησο ἐπέπαυσο ἂν τῆς τυραννίδος, ὥσπερ ἱερᾶς νόσου. cf. 49. 18. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος ἔφη, τοσούτῳ βασιλείαν διαφέρειν τυραννίδος, ὅσον νόμος ἀνομίας καὶ ἐλευθερία δουλείας. — Gregor. Nazianz. Iamb. 18. 319.

Τοῦ δ' ἐκ Κυρήνης, μέγα μὲν ἡ παῤῥησία
Ὅμως δ' ἔμιξε τῷ ἐλευθέρῳ τρυφὴν,
Βλάπτων (al. βάπτων) τὸ καλὸν ἁλμυρῷ τῷ δόγματι.

Simum certe, Dionysii quaestorem, impudentissime tractavit: D. L. II. 75. Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος — ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος — ἀναχρεμψάμενος, προσέπτυσε τῇ ὄψει. Sed eadem res VI. 32. Diogeni tribuitur. (cf. Galen. exhort. ad Artes. 4.) Itaque definire non possumus, Chrysostomus utrum Diogenem an Aristippum spectaverit: Homil. in epist. ad Rom. XI. εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων, ἄκουσον τί τῶν ἔξωθέν τις ἐποίησε, καὶ αἰσχύνθητι τὴν γοῦν ἐκείνων φιλοσοφίαν. λέγεται γάρ τις ἐκείνων εἰς οἰκίαν λαμπρὰν εἰσελθὼν πολλῷ μὲν καταλαμπομένην χρυσίῳ, πολλῷ δὲ ἀστράπτουσαν τῷ τῶν μαρμάρων καὶ τῶν κιόνων κάλλει, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἔδαφος εἶδε πανταχοῦ τάπητας ἔχον ἐστορεσμένους, εἰς τὴν ὄψιν ἐμπτύσας τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότου, εἶτα ἐγκαλούμενος εἰπεῖν διὰ το μηδαμοῦ τῆς οἰκίας ἑτέρωθι τοῦτο ἐξεῖναι ποιῆσαι εἰς τὴν ὄψιν ἀναγκασθῆναι ὑβρίσαι τὴν ἐκείνου. Itaque mirari non possu-

pronuntiavimus judicium, recte prolatum videtur, etsi facile concedo, Aristippum ne hoc quidem tempore omnibus virtutibus orbatum fuisse. Neque enim semper sibi, sed nonnumquam etiam amicis gratiam tyrannorum comparare studuit, quod quum aliorum [1]) tum Aeschinis [2]) exemplo demonstratur. Deinde quod jam antea ab Aristippo factum videtur, id etiam hoc tempore accidisse putamus, ut voluptates omitteret [3])

---

mus, quid sit quod nonnumquam a Dionysio vituperatus dicatur: Diog. L. II. 81. *Πρὸς τὸν εἰπόντα, τίνος ἕνεκα ἐλέγχεται παρὰ Διονυσίου; Οὗ ἕνεκα, φησίν, οἱ ἄλλοι ἐλέγχουσιν.*

1) Diog. L. II. 79. *Δεόμενός ποτε περὶ φίλου Διονυσίου καὶ μὴ ἐπιτυγχάνων κ. τ. λ.* cf. Suidam. — Epistol. Socr. 10. et 11.

2) Diog. L. II. 68. *φασὶ δ' αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συστασθῆναι.* (cf. Lucian. Parasit. *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον*). D. L. III. 36. *Καὶ πρὸς Αἰσχίνην δέ τινα φιλοτιμίαν εἶχε. Φασὶ ὅτι δήπερ καὶ αὐτὸς εὐδοκίμει παρὰ Διονυσίῳ. Ὃν ἐλθόντα δι' ἀπορίαν ὑπὸ μὲν Πλάτωνος κ. τ. λ.* Sed quum Plutarchus de amic. et adul. 26. summam Platonis in Aeschine commendando humanitatem praedicet: Diogenes Laertius mendacem ducem secutus videtur (cf. Hermann. de Aesch. p. 7. not. 11). Sed cf. Epistol. Socrat. 23. ubi, quae a Plutarcho Platoni tribuuntur, de Aristippo narrantur.

3) Diog. L. II. 67. *Διονυσίου δέ ποτε τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν κ. τ. λ. οὕτως ἦν καὶ ἑλέσθαι καὶ καταφρονῆσαι πολύς.* Eandem rem spectant Athenaeus (XII. 544) *Καὶ παρὰ Διονυσίῳ διηνέχθη καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν* et Epist. Socr. 9.

majorum voluptatum adipiscendarum causa. Sed neque haec res, neque dexteritas illa, de qua locuti sumus, prohibere potest, quominus universam, quam Aristippus Syracusis secutus est, agendi rationem vehementissime vituperemus. Quidquid apud tyrannos egit, arctissimo quodam vinculo cum voluptatis studio conjunctum fuisse videtur. Quemadmodum enim antea demonstravimus, ejus vitia ex ipsis virtutibus procreata esse: ita nunc putamus, omnes, quas Syracusis praebuit, virtutes ab Aristippo eo maxime consilio excultas esse, ut majorem sibi honorem, dignitatem, denique voluptatem compararet. Quae sententia si cui a vero recedere videtur, ei respondemus, eam quam Aristippus post Socratis mortem adhibuit, vivendi rationem ab illa diversam videri, quam vivente Socrate secutus est. Quamvis enim Aristippus semper voluptates expeteret, Socrates tamen mira ingenii sui vi videtur effecisse, ut Aristippus se rarius, quam antea voluptatibus dederet. Postquam autem sapientissimi magistri et exemplo et adhortatione orbatus est: a nullo fere voluptatum genere alienus erat. Unde factum est, ut non solum Syracusas, sed etiam alios in locos se conferret,

---

Νῦν δ' αὖ καὶ τὸ κακὸν εἰς τὸ δεινότερον οἴχεται, ὅπου δεδωρηται γυναῖκας Σικελικὰς καὶ ἀναλέκτους τὸ κάλλος.

ubi sperabat fore ut facillime voluptates sibi compararet [1]). Nam etiam ea in re constantiam videtur respuisse, ut per breve tantum tempus singulis in locis versaretur. Quae si recte a nobis disputata sunt, sapientissime a Socrate actum intelligimus, quum Aristippo suavissimam Prodici narrationem proponeret, qua Virtus et Voluptas ad Herculem venientes inducuntur, ipse autem Hercules dubitasse dicitur, utrum hanc an illam sequi deberet. Etenim Socrates jam tum temporis optime videtur intellexisse, etiam ab Aristippo medium quendam locum inter Virtutem Voluptatemque obtineri. Atque haud scio an Lucianus quoque tale quid significet, quum Aristippum non solum a Voluptate, sed etiam a Virtute vindicatum faciat [2]).

Qualis autem Aristippus fuerit, ex nulla re melius intelligitur, quam ex illis verbis, quae de tur-

1) Neque enim philosophiae, ut Menzius putat, sed voluptatibus „operam dedisse" videtur, quum Corinthi, in insula Aegina, denique in Asia versaretur. Quamquam facile concedo, eum neque turpissimas voluptates spectasse, neque omne tempus in perfruendis voluptatibus consumpsisse.

2) *Δὶς κατηγ.* 23.

ΑΡΕΤΗ. προτέραν ἐμὲ χρὴ τὴν ἀρετὴν λέγειν· ἐμὸς γάρ ἐστιν Ἀρίστιππος, ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα.

ΤΡΥΦΗ. οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἐμὲ τὴν τρυφὴν, ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνήρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων καὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν μύρων.

pissima, quam cum Laïde habuit, consuetudine pronuntiavit. De quibus quid sentiamus, eo diligentius explicabimus, qaum Wielandius, Jacobsius, aliique [1]) universam, qua Aristippus usus est, agendi rationem his verbis contineri putaverint. Aristippus igitur jam ab Hermesianacte traditur [2]), hujus meretriculae con-

---

1) Wieland. ad Horat. ep. 17. n. 4. „Das ἔχω οὐκ ἔχομαι der Schlüssel zu seinem ganzen Leben“. — Jacobs. Opusc. IV. p. 403 sq. n. 12. “In diesem Ausspruche ist die wesentlichste Maxime der Aristippischen Ethik enthalten“.

2) Hermesian. Eleg. V. 95.

Ἄνδρα Κυρηναῖον δ', εἴσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ
Δεινὸς ὅτ' ἀπιθανῆς Λαΐδος ἠράσατο.

(Ita enim cum Hermanno leg. pro ἀπιδανῆς. Ruhnken: εὐπιθανῆς.)

ὀξὺς Ἀρίστιππος, πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας
φεύγων, οὐ δ' ἀνέμων ἐξεφόβησε βίη.

Ultima verba ita attuli, ut a Schneidewin. Delectus poet. eleg. p. 158 emendata sunt. Fr. Jacobsius quid legerit, ex elegantissima, quam confecit, versione, intelligitur:

Auch den Kyrenischen Mann zog Sehnsucht über den Isthmus
Als Aristippus Brust Lais erkäuflicher Reiz
Heftig entbrannt, nun mied er der Weisheit ernste Gespräche
Ihr nur folgend und wich nimmer aus Ephyra mehr.

(Opuscul. IV. p. 403.)

Schneidewin. autem ea spectavit, quae ab Aeliano et a Diogene L. narrantur: Variae hist. IX. 20. Πλέων Ἀρίστιππος χειμῶνος ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. Ἔφη δέ τις τῶν συμπλεόντων Ὦ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δέδοικας, ὡς οἱ πολλοί; ὁ δὲ Καὶ μάλα γε εἰκότως· ὑμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαιμονός

suetudine usus esse. Quam ob caussam, quum a

ἐστι βίου ἡ σπουδή, καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἐμοὶ δὲ περὶ εὐδαίμονος. Diog. L. II. 71. Εἰς Κόρινθον αὐτῷ πλέοντί ποτε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. Πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοίκαμεν, ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε· Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι. — Sed eadem res etiam a Gellio narratur. XIX. 1. Sed tibi sane Aristippus ille [. . . . Socratis ille] discipulus, pro me responderit, qui (cum) in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, quum ille contra nihil metueret, non eandem esse causam sibi, atque illi, respondit, quoniam is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis, ipsum autem pro Aristippi anima timere". Sic scripsi verba ex edit. M. Hertzii.)

Redeo autem ad eos scriptores afferendos, qui Aristippum Laïde usum esse dicunt: Sotio igitur non solum in secundo libro operis, quod inscribebatur περὶ διαδοχῶν haec tradidit: Ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ (D. L. II. 74), sed etiam inter scripta Aristippi dialogum πρὸς Λαΐδα referebat (II. 85). — Cicero ep. ad famil. IX. 26. Ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset objectum, habere eum Laïda. „Habeo" inquit, „non habeor a Laïde". — Clemens Alex. Strom. II. p. 411 a. ὀνειδιζόμενος οὖν ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ, Ἔχω γάρ, ἔλεγεν, Λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. — Athenaeus XII. 544. Λαΐδα γοῦν ἀναφανδὸν εἶχε τὴν ἑταίραν — — ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν· Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. Diogen. L. II. 75. πρὸς οὖν τοὺς μεμφομένους ἔφη, Ἔχω [Λαΐδα] ἀλλ' οὐκ ἔχομαι· ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν, ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. Nisi forte etiam haec Sotionis verba sunt. — Theodoret. Graec. aff. cur. XII. Καὶ ὁ Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναϊκὸς ὀνειδιζόμενος, ὅτι δὴ θαμὰ ξυνεγίνετο τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ, Ἔχω, ἔλεγε, Λαΐδα καὶ οὐκ

nonnullis vituperatus esset, „flagitium suum gravis ille philosophiae doctor sic defendit, ut diceret, multum inter se et ceteros Laïdis amatores interesse, quod ipse haberet Laïdem, alii vero a Laïde haberentur". Unde factum est, ut haec excusatio magis quam ipsum flagitium vituperaretur [1]), et id quidem summo cum jure. Nam etsi Aristippus hac in re Socratis exemplum sibi fortasse videbatur imitari:

ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. cf. Chrysost. in Matth. 10. Homil. 34. Deinde de gravissima vi verborum ἔχω οὐκ ἔχομαι. Cf. Jacobs. Op. IV. p. 403. n. 12. Wieland. ad Horat. ep. 1 n. 6. „Er konnte Das in seiner Sprache mit drei Worten sagen, und so klangs freilich noch besser." coll. Cicer. l. l. "Graece hoc melius." Mureti Var. lect. VI. 7. Simile quid ab Aristippo etiam de alia meretricula pronuntiatum esse, testatur Diog. L. II. 69. nisi forte haec narratio illi de qua locuti sumus, originem debet.

1) O praeclara et bonis imitanda sapientia! Huic vero liberos in disciplinam dares, ut discerent habere meretricem? Aliquid inter se ac perditos interesse dicebat, scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur. In quo plane sapientior meretrix fuit, quae philosophum habuit pro lenone, ut ad se omnis juventus, doctoris exemplo et auctoritate corrupta sine ullo pudore concurreret. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet, quum eum populus et rivales sui viderent omnibus perditis nequiorem cet. Lactant. de falsa sap. III. 15. cujus etiam ea sunt verba, quae antea a nobis allata sunt. Sed vereor, ne Pater sanctissimus iniquius de Aristippo judicaverit.

tantum tamen abest, ut magistrum assecutus sit, ut prorsus ab hoc descivisse videatur. Nam quum Socrates statueret, voluptates non tam fugiendas, quam superandas esse: ipse sibi per universum vitae cursum summam morum integritatem conservavit. Quum autem Aristippus alteram Socratici praecepti partem observaret, alteram negligeret: factum est, ut voluptates non fugeret, sed iis summa cum licentia frueretur. Quod si cui dubium videtur, is legat Aristippi, quae nobis a Plutarcho servata sunt, verba, quibus turpissimam voluptatem indicari, quum per se constat, tum ipse Plutarchus testatur [1]).

---

1) Plutarch. Amat. 4. ὡς ἐμαρτύρησεν Ἀρίστιππος τῷ κατηγοροῦντι Λαΐδος πρὸς αὐτὸν οὐ φιλούσης ἀποκρινάμενος· Ὅ τι καὶ τὸν οἶνον οἴεται καὶ τὸν ἰχθῦν μὴ φιλεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἡδέως ἑκατέρῳ χρῆται. "Ob ich dem Fische schmecke, oder nicht, — wenn nur der Fisch mir schmeckt." Similia sunt, quae apud Athenaeum leguntur (XIII. 588.) Ἀρίστιππος δὲ κατ' ἔτος συνδιημέρευε Λαΐδι ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις, καὶ ὀνειδιζόμενος ὑπὸ οἰκέτου, ὅτι σὺ μὲν αὐτῇ τοσοῦτον ἀργύριον δίδως, ἡ δὲ προῖκα Διογένει τῷ κυνὶ συγκυλίεται, ἀπεκρίνατο· ἐγὼ Λαΐδι χορηγῶ πολλὰ, ἵνα αὐτὸς αὐτῆς ἀπολαύω, οὐχ ἵνα μὴ ἄλλος. τοῦ δὲ Διογένους εἰπόντος αὐτῷ, ὦ Ἀρίστιππε, κοινῇ συνοικεῖς πόρνῃ· ἢ κυνίζε οὖν ὡς ἐγὼ ἢ πέπαυσο. Καὶ ὁ Ἀρίστιππος Ἆρα γε μή τι ἄτοπον δοκεῖ εἶναι, Διόγενες, οἰκίαν οἰκεῖν, ἐν ᾧ πρότερον ᾤκησαν ἄλλοι, οὐ γὰρ, ἔφη. Τί δέ; ναῦν ἐν ᾗ πολλοὶ πεπλεύκασιν, οὐδὲ τοῦτο ἔφη, οὕτως οὖν οὐδὲ γυναικὶ συνεῖναι ἄτοπόν ἐστι, ᾗ πολλοὶ κέχρηνται. Eadem inve-

Jam vero illuc, unde abii, redeo. Aristippus igitur, quando Syracusas reliquerit, incertum est. Quae enim hac de re apud veteres scriptores leguntur: ea

---

niuntur ap. Diog. L. II. 74. — Quod Bruckerus autem (Tom. I. p. 588. 881.) has narrationes suspectas habuit, propterea quod Aristippus eodem tempore, quo Diogenes Laide usus esse diceretur, id ab Jacobsio recte refutatum videtur (Opuscul. IV. p. 403. not. 11). Neque enim Athenaeus dixit, utrumque philosophum eodem tempore meretriculae consuetudine usum esse. Accedit quod Bruckerus nullo sibi jure sumpsit, Aristippum circ. Ol. 96. non in Graecia, sed in Asia, et in Sicilia versatum esse. — At novae quaedam difficultates ex iis procreari videntur, quae recentioribus temporibus de aetate et Laidis et Diogenis a viris doctis disputata sunt. Nam quum Jacobsius Laidem jam ann. 408. floruisse putet, Goettlingius autem Diogenem haud paucos annos post ann. 338. vixisse statuat, propterea quod a gravissimis auctoribus apud Chaeroneam pugnasse dicatur: vix intelligimus, quomodo fieri potuerit, ut Diogenes meretricula uteretur. Quicunque enim Goettlingii sententiam sequitur: is Diogenem haud multum ante annum 393. natum putabit. Quod si recte statuitur, non ante ann. 373. Laide uti potuit. Sed tum temporis Laida plus quam 50 annos natam fuisse, discimus ex iis, quae ab Jacobsio disputata sunt. Quae quum ita sint, aut Jacobsii aut Goettlingii sententia improbanda videtur. Ac mihi quidem Goettlingius haud satis gravem caussam habuisse videtur, cur communem illam multorum virorum doctorum sententiam relinqueret, qua Diogenes eodem, quo Alexander Magnus, die mortuus esse dicitur. (cf. Clinton. fasti hellen. ad Ol. 114. 2).

non omnino inter se consentiunt. Nam quum ex epist. Socr. 29. colligere debeamus, Aristippum in insula Lipara mortuum esse, et id quidem, ut videtur, ante annum 356: Diogenes Laertius tamen narrat, Aristippum eodem tempore Athenis docuisse, quo Aeschines ad hunc locum se contulerit, Aeschinem autem non ante annum 356. Syracusas reliquisse [1]). Quae difficultates vario modo tolli possunt. Nam si quis considerat, quam levis auctoritas epistol. Socraticarum, maxime illius, quae Aristippi nomen prae se fert, habenda sit: facile ad eam sententiam adducitur, ut nihil illis verbis tribuat, quibus Aristippus in insula illa mortuus esse dicitur. Sin hoc improbamus: Diogenes non utroque loco rem recte narrasse videtur. Ac ne ego quidem puto, Aristippum etiam post ann. 356 magna cum laude Athenis docuisse. Quae quum ita sint, Aesch. aut ante hunc annum Athenas rediisse, aut non ob illam, quam Diogenes affert, caussam a sophistarum artibus abstinuisse putandus est. Quum autem haud intelligam, cur prior illa narratio improbari possit: alteri fides deroganda videtur. Accedit, quod etiam Plato non tam ann. 356 quam ante hoc tempus Athenis floruisse putandus est. Denique facile ad eam sententiam ad-

2) Diogen. L. II. 62. coll. 63.

ducor, ut universam rem ab iis profectam putem, qui Socraticos inter se maxima invidia dissensisse putabant. Quibus quantum tribuendum sit, nemini obscurum erit.

Quum autem ipsa illa, de qua locuti sumus, epistola Socr. ad Aretam filiam missa fingatur: nonnulla nobis adjicienda erunt, quae de hac Aristippi filia tradita sunt. Haec igitur filia tanto studio ab Aristippo instituta esse dicitur, ut ipsa filium, qui Graecorum more avi nomine utebatur, instituere auderet. Unde Minor hic Aristippus *Μετροδίδακτος* appellatus est [1]. Neque vero hoc loco de eo uberius dispu-

1) Strabo. cap. 837. ed. Meinek. *καὶ θυγάτηρ Ἀρήτη τοὔνομα, ἥπερ διεδέξατο τὴν σχολὴν, καὶ ὁ ταύτην πάλιν διαδεξάμενος υἱὸς Ἀρίστιππος, ὁ κληθεὶς Μητροδίδακτος* κ. τ. λ. Clem. Alex. Strom. IV. 523. a. *Ἀρήτη δὲ ἡ Ἀριστίππου Κυρηναϊκὴ τὸν Μητροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον.* Diog. L. II. 72. 84. 86. Aristocles — ut Gaisfordio videtur — apud Euseb. praep. evang. p. 763. *Τούτου γέγονεν ἀκουστὴς σὺν ἄλλοις* (?) *καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη ἥτις γεννήσασα παῖδα ὠνόμασεν Ἀρίστιππον, ὃς εἰςαχθεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας μητροδίδακτος ἐκλήθη.* Themist. or. 21. p. 244. b. *τῷ δὲ Ἀριστίππῳ ἐξήρκεσεν ὑπὸ μητρὶ μόνῃ φιλοσοφούσῃ τραφέντι μητροδιδάκτῳ κληθῆναι. ἴστε ἄρα ὃν λέγω Ἀρίστιππον, οὐκ ἐκεῖνον τὸν πάνυ, τὸν Σωκράτους ὁμιλητὴν, ἀλλὰ τὸν ἐκείνου θυγατριδοῦν. ἀλλ᾽ Ἀρίστιππον μὲν, ὡς ἔοικεν ἠγάπα ἡ μήτηρ καὶ τὰ μαθήματα ἐνετίθει, σπεύδουσα ἀποδεῖξαι ἑαυτῆς μὲν ἄξιον καὶ τοῦ πάππου* κ. τ. λ. — Suidas: *διήκουσε δὲ*

tare constituimus. Quem eo tantum consilio memoravimus, ut demonstraremus, Majorem Aristippum haud breve tempus in patria et versatum esse et scholam instituisse [1]). Quod nisi fecisset, nepos ejus philosophiae patrocinium suscipere non potuisset. Quid quod nonnulli viri docti putaverunt, non tam

---

αὐτοῦ ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, ἀφ' ἧς ὁ παῖς αὐτῆς ὁ νεὸς Ἀρίστιππος, ὃς ἐκλήθη Μητροδίδακτος. — Theodoret. graec. aff. cur. XI. Ἀρίστιππον ἐκεῖνον ἴσως, ὦ ἄνδρες, ἀκούετε· τὸν Ἀριστίππου τοῦ Σωκράτους ἑταίρου θυγατριδοῦν· οὗτος τῇ μητρὶ φιλοσοφούσῃ συνὼν, φιλοσοφίας ὡς πλεῖστον μετείληχεν. ἔλαχε δὲ τὸ ὄνομα ξυντεθὲν ἐκ τοῦ πράγματος· μητροδίδακτον γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον ἅπαντες. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἦρχ:σεν εἰς μετουσίαν φιλοσοφίας, καὶ μόνης τῆς μητρὸς τὰ παιδεύματα κ. τ. λ. — Unus Aelianus histor. anim. III. 40. Aretam sororem Aristippi vocat: Μητροδίδακτον μὲν τὸν τῆς Ἀρήτης υἱὸν τῆς ἀδελφῆς τοῦ Ἀριστίππου ὑμνοῦσιν οἱ πολλοί κ. τ. λ. — De Areta, philosopha, disputavit J. G. Eccius. — Quae autem praeter haec de Aristippi familia narrantur, suspecta habenda sunt: apud Stobaeum 66. 14. coll. Diog. L. II. 81. — Stob. 84. 19.

1) Si et ea recte disputata sunt, quae a Menzio de tempore, quo Aristippus ab Artapherne captus est, proferuntur (p. 55 not. 1), et ea quae ipse de naufragio illo, quo Syracusas delatus dicitur, proposui (p. 60 not. 1): Aristippus bis in patria versatus videtur; primum eo tempore, quod interjectum est inter ann. 396. et ann. 388, deinde tum, quum Dionysium Majorem reliquerat. Quamquam facile concedo, ne hanc quidem rem omnibus dubitationibus carere. Nam ne Ritteri quidem sententia prorsus improbari potest, qua Aristippus per ultimos vitae annos Cyrenae versatus dicitur. (II. p. 92).

Majorem, quam Minorem Aristippum pro auctore novae cujusdam scholae habendum esse, quum ab hoc demum disputationes, quae et de voluptate et de aliis philosophiae locis ab avo prolatae essent, in justum artis habitum redactae viderentur. Quae sententia utrum probanda sit, annon, alio loco explicare conabimur. Etenim nunc ne de scriptis quidem, quae Aristippo tribuuntur, agere constituimus, propterea quod ne haec quidem quaestio satis accurate tractari potest, nisi ab eo, qui, quid de altera illa sentiat, exposuerit.

Quae quum ita sint, nihil restat, nisi ut breviter eos commemorem, qui praeter Aretae et patrem et filium Aristippi nomine usi sunt. Quamquam enim haud pauci fortasse, qui a veteribus memorantur, me fugerunt: ea tamen afferenda videntur, quae mihi in promptu sunt.

I. Auctor histor. Arcadicar., de quo Voss. Hist. Gr. p. 403 et C. Muellerus Historiogr. Gr. fr. IV. p. 327 disputaverunt.

II. Argivorum tyrannus, de quo Plutarchus in vita Arati et in vita Pyrrhi (cap. 30).

III. Larissaeus, Menonis amicus, qui a Xenophonte et a Platone memoratur (vid. Gedike in Plat. Men. p. 2).

IV. Tarentinus apud Jamblich. vita Pyth. 67.

V. Agasthenis filius, qui apud Lucianum (Charidemus) de pulchro disputat.

VI. De pictoris nomine, quod apud Plinium legitur, haud satis constat. Neque melius constat de Aristippo quodam, quem ex Aethiopicis Heliodori attulit Menzius; atque de eo qui in Anthol. Palat. memoratur. Nemo autem ex his tantam gloriam sibi comparavit, quantam philosophus, Cyrenaicus et meritus et assecutus est. Qui quamquam multa commisit, quae nullo modo excusari possunt, sed vehementissima, qua saepenumero notata sunt, vituperatione digna videntur: tantum tamen abest, ut hanc ob causam ab aequalibus contemptus sit, ut summa cum benevolentia quum ab aliis tum a Socrate tractatus videatur. Etenim „magnis et divinis bonis id assecutus est" ut ejus vitia excusarentur, virtutes debito praemio ornarentur. Itaque mirari non possumus, quid sit, quod etiam Demonax Stoicus eum haud mediocri amore prosecutus esse dicatur. Qui quid de Aristippo judicaverit, Lucianus literis mandavit: Ἐρωτηθεὶς μέν ποτε τίς αὐτῷ ἀρέσκει τῶν φιλοσόφων „ἔφη, πάντες μὲν θαυμαστοί, ἐγὼ δὲ Σωκράτη μὲν σέβω, θαυμάζω δὲ Διογένην, καὶ φιλῶ Ἀρίστιππον". (Vita Dem. 62).